[113.] Edwardi Angliæ regis diploma, ubi confirmat abbatiæ S. Petri ordinis sancti Benedicti juxta Gandavum (in Flandria) prioratum de Levesham in agro Cantiano ac Cantuariensi archiepiscopatu; Subscripserunt præter regem, Elfgive mater regis, Goodwinus dux, Leoricus dux, Siwardus dux, Haroldus dux, Leofwinus dux, Swelfenus dux, Toftis dux, Gyrdus dux, Esgar Stallere, Osgod minister, Odda minister, Thured minister, Siward minister. — Indict. XII. et VIII. concurrentibus atque XI. epactis rotantibus.

Miræi opera diplomatica III. p. 13—14. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 130.

c. 1045. ## c. 1045.

[114.] Edvardi regis ad Rodberdum episcopum, Osgod clapam, Ulfum vicecomitem et Thanos suos atque amicos in Middlesex epistola, qua concedit, ut S. Petrus et fratres Westmonasterienses in eorum convictum habeant prædium Cealchylle cum attinentiis, quemadmodum Thurstanus præfectus regis palatinus ab hoc ipso tenuit "et sacro dein loco donavit". — Sine anno. (Anglosax. et Latine).

Hickes grammatica Anglosaxon. (Thesaur. I.) p. 158—160. Cfr. Wanley catalog. Biblioth. Anglosax. (Thesaur. II.) p. 265. Suhm Hist. af Danmk. IV. 143.

1047. ## 1047.

21. April. [115.] Clementis (II^{di}) papæ bulla, qua Adalberto archiepiscopo Hammaburgensi suprematiam tribuit in "episcopos in omnibus gentibus Sueonum seu Danorum, nec non etiam in illis partibus, quæ sunt a meridionali Albia usque ad fluvium Pene et ad fluvium Egidose" prout jam a prædecessoribus pontificis, Nicolao, Agapito et Benedicto decretum erat. — VIII. calend. Maji. Pontif. anno II^{do} (lege: dñi Clem. papæ II^{di} anno primo). Indict. V. (XV.) (sine anno Chr.).

Staphorst Hist. Eccles. Hamburg. I. Theil, 1. Bd. p. 399—401. Liljegren Diplomatar. Svec. I. no. 20. p. 35—37.

[116.] Charta, qua Leofricus comes, "consilio et licentia regis Edwardi et Alexandri (II^{di}) papæ" (1061—1073) ecclesiam Coventrensem in honorem dei et sanctæ Mariæ, sancti Petri apostoli et S. Osburgæ virginis dedicat; testibus Edvardo rege, Godwino comite, Araldo comite et Siwardo comite. — Sine anno.

Monasticon Anglican. I. 303. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 167—68.

1048. ## 1048.

7—25. April. [117.] Edwardi Anglorum regis diploma, quo privilegia Edredi et Eadgari, monasterio S. Guthlaci Croylandensi data, confirmat. Subscribentibus præter alios Godwino comite, Leofrico comite et Siwardo comite. — Sine die.

Ingulphi Croylandensis Historia, in rerr. Anglicc. Scriptorr. ed. Savile (1596) fol. 509^{b}—510, (1601) p. 896—97. ed. Fell (Oxon. 1684) p. 64. Stevens History of Monasteries II. append. p. 72. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 185.

1049. 1049.

[118.] "Ego Godvinus, consentiente rege Edwardo, dedi ecclesiæ Christi in Dorobernia villam patrimonii mei, nomine Cic, liberam ab omni seculari servitio, sicut rex CNUT illam mihi dedit". — Sine anno.

Evidentiæ ecclesiæ Christi ap. Twysden, Hist. Angl. Scriptores II. 2224. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 193.

1050. 1050.

[119.] Edwardi regis diploma, quo ad cathedram pontificalem consolidandam Exoniæ civitatis Cornubiensem dioecesin eidem tradit, ut una sit sedes episcopalis, unum pontificium et una ecclesiastica regula "propter paucitatem atque devastationem bonorum et populorum, quam piratici Cornubienses et Cridutunenses ecclesias devastare poterant". Subscripserunt inter alios: Godwinus dux, SYVERDUS DUX, Swesen (Swegen?) dux, Haraldus dux, Tosti nobilis, Odda nobilis. — Indict. tertia, epactæ XXV et concurrentes VII.

Monasticon Anglicanum I. 229—30. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 193.

[120.] Edwardi regis charta, qua testatur Manniem abbatem et Æthelwium monachum ab Eammero terram quæ dicitur Eunelade emisse, conceditque ut eadem terra semper sit ad mensam fratribus. Præter regem subscripserunt: Leofric dux, Godwine dux, SIWARD DUX, Swegn dux, BEORN dux. — Sine anno.

Hemingi chartularium II. 639. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 197—98.

[121.] Brev, hvorved Ealdred Biskop i Worcester skjenker 2 Boel (hida) til "Æþestan fætta" paa Livstid, hvorpaa han maatte overlade det til to af sine Arvinger, hvem han vilde, men efter disse 3 Mænds Död skulde Godset falde til Worcester Bispestol igjen. Denne Overdragelse siges at være gjort med Kong Edwards Minde, og som Vidner anföres: Leofric earl, Odda og Ælfric hans Broder, Atsur, Cola og alle DANSKE og engelske "þegnas" i Worcester-shire. — Uden Aar. (Angelsaxisk).

Hickes Grammatica Anglosaxon. (Thesaur. Tom. I.) p. 112. Jfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 198.

[122.] Brev, udstedt af Biskop Ealdred i Worcester, hvorved han overlader en vis Wulfgeat noget Jordegods som Gave. Som Vidner paaberaabes Leofric eorl, Odda eorl og hans Broder (Ælfric), Atsur, Escbearn, og alle de ældste Thaner (þa yldestan þegnas) i Worcester-shire, saavel DANSKE som Engelske. — Uden Aar. (Angelsaxisk).

Uddr. i Hickes Dissert. epistol. (Thesaur. Tom. III.) p. 70. Jfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 198.

1051. 1051.

[123.] Edwardi regis ad Ulfwium episcopum, SIVARDUM comitem, Alfricum vicecomitem et omnes ministros suos de scira Huntingdonensi literæ, communicantes donationem terræ de Brocton, Alfwino abbati et monasterio Ramesiensi factam. — Sine anno.

Historia Ramesiensis ap. Gale, Hist. Brit. Scriptores I. 455. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 215.

1052. 1052.

[124.] Charta, qua Agelwinus decanus Wigornensis ecclesiæ, et frater ejus nomine Ordricus terram trium cassatorum apud Cundicotan, monasterii pecunia emtam, ad usus

1052. fratrum se reddidisse testantur. Præter Edwardum regem et reginam Edgið subscripserunt:
1. Augusti? Leofricus dux, Godwinus dux, OSEGOD minister, Azor minister. — Sine anno.
Hemingi chartular. II. 335. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 227.

1053. **1053.**

[125.] Edwardi regis ad Ulfwium episcopum, Tostium comitem, Normannum vicecomitem et omnes fideles suos ac ministros, clericos et laicos de Hampton literæ, commutationem terrarum quarundam, ab Alfwino abbati Ramesiensi cum Leofrico Burgensi factam, confirmantes. Inter terras quæ per hanc commutationem a Burgensi ad Ramesiensem transierunt numerantur: hida Huntingi, duæ virgatæ GODRICI DANI et virgata Brandi. Testes inter alios nominantur: Haroldus comes, et Esgarus stallere. — Apud *Westmonasterium* in festo Sancti Petri (sine anno). (Interpret. Latina ex Angl. sermone).
Historia Ramesiensis apud Gale, Hist. Britann. Scriptores I. 456—57. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 227.

1054. **1054.**

[126.] Adelberti Hamburgensis archiepiscopi literæ ad SVENONEM Danorum regem, cui ecclesiæ gladio et cruce Christi minatur, nisi sceleratum delictum reliquerit (uxorem Gudam dimiserit). — Sine anno.
Fragm. in Wolteri chronic. Bremens. ap. Meibom, Rerum Germanicarum scriptores II. 39. Danica interpretatio ap. Suhm, Historie af Danmark IV. 237—38. Cfr. Grammii notas ad Meursium (Florentiæ 1746) col. 206. not. e.

5. Junii. [127.] Charta, qua Malcolmus, "rex Scotorum et insularum adjacentium" omnibus "tam DANIS et Anglis quam Scotis notum facit, se et filium suum Edwardum regnum Scotiæ et insulas adjacentes de Edwardo Angliæ rege "per homagium, ligium et fidelitatem" tenere. Apud *Eboracum* in parliamento Edwardi regis Angliæ, quinto die Junii, anno regni nono.
Palgrave Rise and progress of the english commonwealth I. 617—18. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 240.

[128.] Charta, qua Alredus episcopus Wigornensis terras: Theotinctun et Alfsigestun, et curtem unam in civitate Wigorna ad usum fratrum Wigornensium dedicat. Dicitur "hanc terram (o: curtem Wigornensem) TOKI, præpotens et dives minister regis jure hereditariæ successionis liberam ab omni servitio humano præter regale" — moriens testamento donasse; filius vero ejus AKI, "potens et ipse minister regis", testamentum patris irritum facere voluisse, donec Edwardo rege, Leofrico comite et pluribus optimatibus persvadentibus, VIII marcis auri purissimi contentus, postulatum remisit. Præter regem et Eadgið reginam subscripserunt: Leofricus dux, Odda dux, Atsor minister, Osgod apud Healiea. — Sine anno.
Hemingi chartular. Wigornense II. 396—98. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 242. 302.

1055. **1055.**

29. Octbr. [129.] VICTORIS (II^di) papæ bulla, qua Adalberto et successoribus ejus in perpetuum suprematiam dat in "episcopos in omnibus gentibus Sueonum seu Danorum, Norwegorum, Island, Scrideuinum, Gronlandon, et universarum septentrionalium nationum, nec non etiam in illis partibus Slauorum, quæ sunt a flumine Pene usque ad fluvium Egidore", sicut a prædecessoribus pontificis "Nicolao, Agapito, Benedicto, Leone" decretum fuerat. — IV. cal. Novembris, pontif. anno 1. indict. VIII.

Staphorst Hist. Eccl. Hamb. I. Theil, 1. Bd. p. 410—11. Liljegren Dipl. Svec. I. no. 21. p. 37—38. Grönlands hist. Mindesm. III. 74—76.

c. 1056.

c. 1056.

[130.] Edwardi Anglorum regis diploma, quo "donationes terrarum vel libertatum aut aliarum rerum, quæ a regibus Edgaro et Hardeknut donatæ" erant (Hardecnut dederat Hemingeford et Gilling cum omnibus pertinentiis) monasterio Ramesiensi confirmat; testibus Leofrico duce, Haroldo duce, Leofwino duce, Edwino duce, Edgare stallere. — II. calend. Decembr. (sine anno). 31. Novbr.

Monastic. Anglic. I. 236—48. Reyneri apostolat. Benedictinor. in Anglia, Append. II. p. 50—51. Cfr. Suhm Hist af Danmk. IV. 308.

1061.

1061.

[131.] Philippi (I^mi) Francorum regis diploma, quo ecclesiæ sancti Vincentii et sancti Germani in suburbio Parisiacæ urbis ("quæ — ita copiosis exuberabat reditibus, ut olim, Danorum scilicet temporibus, asylum foret monachis præfatæ ecclesiæ; ibi namque ingruente persecutione præfatæ gentis, monachi cum corpore almi Germani non semel, sed bis et ter confugerunt") villam Cumbis, a Dagoberto donatam sed ab Hugone magno ecclesiæ detractam, restituit.

Bouillart, Histoire de l'abbaye royale de saint Germain (Paris. 1724. Fol.) Pieces justificat. p. XXIX—XXXI. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 281.

[132.] Privilegium Herwaldo episcopo Landavensi concessum per Griffidum, regem "Britanniæ et ut sic dicam totius Gwalliæ de fine ad finem"; præterea votum fecisse dicitur de poenitentiis et eleemosynis et quod non degenerare velit a prædecessoribus suis, sed "rigorem et fortitudinem tum contra Anglos, tum contra Hibernienses occidentales, tum contra indigenas solito more bellicosos, tum contra Danos marinos, tum contra insularum Orcadum habitatores" exercere. — Sine anno.

Wharton Anglia sacra II. 670. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 281.

1062.

1062.

[133.] Alexandri (II^di) papæ ad Svenonem Danorum regem literæ, quibus monet, ut censum regni, quem prædecessores ejus apostolicæ ecclesiæ persolvere soliti sint, transmittat, "ita tamen ut non sicut oblatio super altare ponatur, sed — præsentialiter offeratur". Sine anno.

Baron. Annal. eccl. ad ann. 1062. CIX. Tom. XVII. p. 233. Gretseri Opera Tom. VI. p. 617. Örnhjelm Hist. eccl. Sveonum Libr. III. c. 14. § 18. p. 253. Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. V. p. 183. Mansi collectio concilior. Tom. XIX. p. 913. Collectio reg. Concill. Tom. XXV. p. 605. Labbei concilia Tom. IX. p. 1116. Dumont Corps diplomat. I. 50. 81. Cfr. Suhm Hist af Danmk. IV. 293—294.

[134.] Edwardi Anglorum regis diploma de fundatione et privilegiis monasterii Walthamensis (Rex Haroldo comiti dedit, comes vero monasterium fundavit). Subscripserunt præter regem et Eadgydam reginam: Haroldus comes, Ælfgarus comes, Tostinus comes, Lefwinus comes, Gyrth comes, Esgarus regiæ procurator aulæ, Rodbertus regis consangvineus, Hubbernus regis consangvineus. — Indictionibus terquinis, epactis septenis, concurrentibus...

Monasticon Anglicanum II. 11—13. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 300.

1063.

1063.

31. Decbr. [135.] Edwardi regis privilegium, quo episcopatus Worcestriæ ecclesiæ Eboracensi annectitur, ea ratione, ut metropolis Eboracum pristinam gloriam recuperare valeat, qualem privilegiis antiquiorum regum Angliæ, inprimis Aldredi et Osvaldi, nec non Formosi papæ consecuta fuerat, et tenuerat "quietum et solidum, donec Anglia dirupta est et discissa invasione DANORUM, et cum ceteris ornamentis ecclesiarum prædictæ civitatis illud Papæ Formosi privilegium constat esse incensum". Inter subscriptos occurrunt nomina: Editha regina, Osbernus capellanus, Haroldus dei gr. dux, Tosti, Algarus dux, Girth dux, Leofwinus dux, Ulf, Sven. — *Wintoniæ* in publica curia Natalis Christi, die festivitatis sancti Sylvestri, anno regni XXI.

Monasticon Anglican. III. 130—131. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 300—301. 332.

1065.

1065.

[136.] ALEXANDRI (II^{di}) papæ ad episcopos Daniæ literæ, ubi dicit archiepiscopum Hammaburgensem apud se questum esse, quod "Ekbertus Farriensis episcopus, multis criminibus involutus, ad synodum suum per triennium vocatus venire contemserit", cujus pertinaciæ nonnullos episcoporum causam esse se audisse dicit, quare mandat, ut ab ejusmodi consilio recedant, et dictum episcopum ad obedientiam hortari ut canonice judicetur. — Sine anno.

Adam. Bremens. lib. IV. 13. ap. Lindenbrog, Scriptt. Rerr. Germ. p. 51. Baron. annall. eccl. ad. ann. 1067. XIV. Tom. XVII. p. 298. Mansi collectio concilior. Tom. XIX. p. 919. Staphorst Hist. eccl. Hamb. I. Theil, 1. Bd. p. 417—18. Pontoppidan Annall. I. 214—15 (ad ann. 1072). Interpretatio Danica in: Suhm Hist. af Danmk. IV. 322—23.

[137.] Adalberti archiepiscopi Hammaburgensis ad W. ROSCHILDENSEM EPISCOPUM literæ, ubi gratum sibi fore dicit, si aut ipse in synodum Slesvici celebrandum venire, aut oratorem illuc mittere vellet, rogatque, ut nuntium a se missum (de negotio Adalvardi episcopi, qui ad Sictonensem ecclesiam ordinatus, dum "barbara gens" eum sibi præsse nollet, Scariensem ecclesiam invadere coepit) ad Dalbogiensem episcopum dirigat. — Sine anno.

Adam. Hist. Eccles. IV. 13. ap. Lindenbr. Scr. rerr. Germ. p. 51. Baron. annal. eccl. ad. ann. 1067. XV. Tom. XVII. p. 298. Mansi collectio concilior. Tom. XIX. p. 933—34. Staphorst hist. eccl. Hamb. I. Theil, 1. Bd. p. 418. Pontoppidan Annall. I. 215 (ad ann. 1072). Liljegren Diplom. Svec. I. no. 22. p. 38—39. Interpret. Danica in: Suhm Hist af Danmk. IV. 323—24.

[138.] Adalberti archiepiscopi Hammaburgensis ad Fulconem abbatem Corbejensem epistola, in qua amicitiam ejus et fidem expetit, allatis pluribus, quæ amicitiam eorum arctius devincire posset, maxime quod Anscharius, primus Hammaburgensis archiepiscopus, qui "universitatem Fresonum, DANORUM, Sclavorum, Norvegorum, Sveonum cum curis innumerabilibus ad fidei sacramenta prædicando convertit", Corbejæ primum fuisset. — Sine anno.

Capitul. Regg. Francor. Append. ed. Baluz. II. col. 1554. Staphorst Hist. Eccl. Hamb. I. Theil, 1. Bd. p. 432. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 327.

28. Decbr. [139.] Eadvardi Ethelredi regis filii, "gratia dei Anglorum regis", diploma, quo coenobium Westmonasteriense restauratur et donationes in incrementum ejus ab antecessoribus regis et optimatibus factæ confirmantur, novæque largitiones ab ipso rege adduntur, inserta bulla Leonis (IX^{mi}) papæ (data 1050). [In introductione ita loquitur rex: "Scire vos volo, quoniam tempore avorum meorum, patrisque mei, multa et gravia bellorum pericula afflixerunt gentem Anglorum, et ipsos, tam a suis quam ab extraneis concitata, adeo ut pæne periclitata sit

hæreditaria regum successio, magnumque interstitium inter fratrem meum Eadmundum, qui patri meo mortuo successit, meque habitum sit, invadentibus regnum Suuegeno et Cnuto filio ejus, regibus Danorum, ac filiis ipsius Chnuti Haroldo et Hardechnuto; a quibus etiam alter meus frater Aelfredus crudeliter occisus est, solusque sicut Joas occisionem Otholiæ, sic ego illorum crudelitatem evasi".] Inter subscribentes occurrunt: Eadgitha regina, Leofwinus dux, Gyrth dux, Haroldus dux. — Apud *Westmonasterium*, V. cal. Januarii, die sanctorum Innocentum, indictione III^tia; anno Edvardi regis vigesimo quinto, dominicæ incarnationis MLXVI. 1065.

Dart Westmonasterium Vol. II. Append. p. V—VIII. Monasticon Anglicanum I. 59—62, (ex autographo in biblioth. Hattoniana). Wilkins Concilia Magnæ Britanniæ Tom. I. p. 316—18. Epit. in Spelmannni concil. I. 628—29. et apud Reyner, apostol. Benedictinor. in Angl. p. 66—68. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 331.

[140.] Edwardi Anglorum regis charta, qua "consvetudines et donationes pecuniarum" ab antecessoribus suis in monasterium Westmonasteriense collatas confirmat, insertis literis suis ad Nicolaum (II^dum) papam et ejus responso, ad hanc rem pertinentibus. Dicitur ecclesia Westmon. neglecta penitus et destructa visa esse, "per frequentes incursiones barbarorum et maxime Danorum (qui patre meo Ethelredo vivente inruptionem in Angliam fecerant, et eo mortuo cum fratre meo Edmundo dimidium regni sub amicitiarum pactione tenuerunt, fratremque alium Alfredum miserabiliter interemtum enecaverunt)". Inter nomina subscripta occurrunt: Osbernus, regis capellanus, Haraldus dux, Gud (Girð?) comes, Leofwinus comes, Siwardus miles, Colo miles. — Stabilita apud *Westmonasterium* V. cal. Januarii, die sanctorum Innocentum, indict. tertia, anno regni Edvardi XXV^to, anno dominicæ incarnationis millesimo sexagesimo sexto. 28. Decbr.

Spelmanni Concilia I. 632—36. Dart Westmonaster. Vol. II. Append. p. VIII—XI. Wilkins Concilia magnæ Britanniæ I. p. 319—322. Reyner apostolatus Benedictinorum in Anglia p. 68—71. Epit. apud Alford, Annall. eccl. Angl. (sub anno 1060), III. 557—58. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 278 (ad ann. 1060).

c. 1067. c. 1067.

[141.] Kong Wilhelm (Conquestors) Brev til Biskop Aylmer m. fl., samt alle Thaner i Suffolk, hvorved Klosteret i Edmundesbiri erholder Privilegium "þat þe sokne þas Nigend halfhundredes lige into þen halege ministre at seynt Eadmundes biri", og forbyder Kongen Alle, "eiþer englissce or fransschissen or denischen", at gjöre Indgreb i dette saaledes tilstaaede Privilegium. — Uden Aar. (Normannsk).

Hickes Dissertatio epistolaris (Thesaur. Tom. III.) p. 65. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 377.

1073. 1073.

[142.] Alexandri (II^di) papæ bulla, qua Liemaro archiepiscopo Hammaburgensi et successoribus ejus suprematiam in episcopos "Norvenorum, Danorum, Sveonum, nec non omnium septentrionalium partium" confirmat, et "legationem ... archiepiscopalemque potestatem in omnia regna septentrionalia, Danorum scilicet, Svenorum, Norvenorum, Islandicorum, et omnium insularum his regnis adjacentium" ipsi et successoribus concedit. — IV. non. Februar. indictione V. (XI?) per manum Hildebrandi cancellarii (sine anno). 2. Febr.

Staphorst. Hist. Eccles. Hamb. I. Theil, I. Bd. p. 111—12. Liljegren Dipl. Svec. I. no. 23. p. 30—40. Epitome in: Grönlands hist. Mindesm. III. 76—77. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 125—126.

28. April. [143.] GREGORII (VII^mi) papæ epistola (encyclica) ad Svenonem Danorum regem, ubi mortem Alexandri papæ (II^di) et suam in pontificatum electionem indicat. — *Romæ*, IV. cal. Maji, indict. undecima (sine anno).

Mansi collectio conciliorum Tom. XX. 63.

1075. **1075.**

25. Januar. [144.] GREGORII (VII^mi) papæ ad Svenum Danorum regem literæ, ubi queritur quod ad se non scripserit; hortatur ad justam regni administrationem; significat legatos ad eum missos, ea de causa, ut satisfacerent de iis, quæ ab Alexandro pontifice petierat (videlicet de archiepiscopatu erigendo et aliis rebus), ob Germaniæ perturbationem esse reversos; rogat, ut nuntios ad se mittat, et filium suum apostolicæ sedis ducem contra quosdam hæreticos constituat. — *Romæ*, VIII. calend. Febr. indictione XIII. pontif. anno II.

Inter epistolas Gregorii VII^mi Libr. II. ep. LI; Labbei concilia Tom. XII. 330—37. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 295. Mansi collectio conciliorum Tom. XX. 164—65. Johannis Magni Metropolis p. 26 (cum indict. XIV.). Örnhjelm Hist. Sveon. lib. III. 21, 10—19. p. 916—17. (cum indict. XII.). Interpr. Dan. in: Suhm Hist. af Danmk. IV. 451—53.

17. April. [145.] GREGORII (VII^mi) papæ ad Suenonem Danorum regem literæ, ubi queritur de principum erga Romanam ecclesiam inobedientia, laudat vero ipsum et gentem ab eo moderatam, quod semper debitam reverentiam matri omnium ecclesiarum præstet. Rogat, ut sibi per legatos significare velit, an nunc eadem, quæ ab Alexandro II^do petierat, optet. — *Romæ*, XV. cal. Maji, indictione XIII. (sine anno).

Inter epistolas Gregorii VII^mi Libr. II. ep. LXXV.; Labbei Concilia Tom. XII. 355. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 304. Mansi collectio conciliorum Tom. XX. 184—85. Johannis Magni Metropolis p. 27. Oernhjelm Hist. Sveon. Libr. III. 21, 21—28. p. 317—18. Dan. interpr. in: Suhm Hist. af Danmk. IV. 455—457.

[146.] Lanfranci archiepiscopi epistola ad Walcherum episcopum Dunelmensem, cui inter alia certissimum DANORUM in Britanniam adventum nunciat. — Sine anno.

Bibliotheca max. Patrum, Lugd. 1677. T. XVIII. p. 812, a. Cfr. Suhm Hist. af Danm. IV. 411.

1077. **1077.**

6. Novbr. [147.] GREGORII (VII^mi) papæ ad regem Daniæ literæ, ubi exemplum patris ejus laudat, idemque imitari hortatur, deinde rogat, ut ecclesiam in Dania constitutam protegere velit atque de negotiis, quæ coram pontifice perfici vellet, nuntios mittat. — *Romæ*, VIII. id. Novembr. indictione prima (sine anno).

Inter epistolas Gregorii VII^mi Libr. V. ep. X; Labbei Concilia Tom. XII. 414—15. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 329. Baronii annal. eccles. ad ann. 1077. LXXVI. Tom. XVII. p. 466. Mansi collectio conciliorum, Tom. XX. 214—45. Dan. interpr. in: Suhm Hist. af Danm. IV. 584—87.

1078. **1078.**

15. Decbr. [148.] GREGORII (VII^mi) papæ ad Olaum, Norvegorum regem, literæ, ubi eum rogat, "sicut et regi Danorum denuntiavimus", ut de junioribus suis et nobilibus terræ suæ nonnullos ad sedem apostolicam mittat, ut ibi edocti et inde reversi res ecclesiasticas reformare possent. Præterea scribit sibi relatum esse, quod fratres regis Danorum ad eum se contulerint, ut ejus

copiis nitentes fratrem ad regnum secum dividendum cogere possent, quibus in talem finem auxilium ferre dehortatur. — *Romæ*, XVIII. cal. Januarii, indict. II. (sine anno). 1078. 15. Decbr.

Inter epistolas Gregorii VII^mi Libr. VI. ep. XIII; Labbei Concilia Tom. XII. 436—37. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 338. Baron. Annal. eccl. ad. ann. 1078. XXXII. Tom. XVII. p. 480—81. Mansi collectio concilior. Tom. XX. p. 267—68. Johannis Magni Metropolis p. 27—28 (cum die XVIII. calend. Junii). Epit. ap. Oernhjelm, Hist. Sveonum Libr. III. 21, 40—47. p. 320—22. Dan. interpr. in: Suhm Hist. af Danm. IV. 590—93.

1079. 1079.

[149.] Gregorii (VII^mi) papæ ad Aconum (Araldum) regem Daniæ literæ, ubi officium ejus erga Romanam ecclesiam laudat, optatque ut prudentem clericum aliquem Romam nuntium mittere velit, ut de gentis suæ moribus et consvetudinibus papam edoceret, et apostolicæ sedis mandata referret. — *Romæ*, idibus Octobris (sine anno). 15. Octbr.

Inter epistolas Gregor. VII^mi Libr. VII. ep. V; Labbei Concilia Tom. XII. 459. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 348. Baronii Ann. eccl. ad an. 1079. Tom. XVII. p. 492. Mansi collectio concilior. Tom. XX. p. 291. Johannis Magni Metropolis p. 29. Epit. ap. Oernhjelm, Hist. Sveonum Libr. III, 21. 32. p. 319. Quoad nomen regis vide Suhm. Hist. af Danm. IV. 596. not. a.

1080. 1080.

[150.] Gregorii (VII^mi) papæ ad Aconum (Araldum) regem Danorum, episcopos, principes, clerum et populum literæ, ubi regem monet exemplum paternum sequi, dolet eos "intemperiem temporum, corruptiones aëris, quascunque molestias corporum ad sacerdotum culpam transferre"; hanc "pestiferam consvetudinem" exstirpare jubet, et præterea: ut "in mulieres, ob eandem causam simili immanitate barbari ritus damnatas, quicquam impietatis faciendo" sibi fas esse non putent. — *Romæ*, XIII. cal. Maji, indictione tertia. 19. April.

Inter epistolas Gregorii VII^mi Libr. VII. ep. XXI; Labbei Concilia, Tom. XII. 472. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 353. Mansi collectio concil. Tom. XX. 304—5. Johannis Magni Metropolis p. 29—30. Epit. ap. Oernhjelm Hist. Sveonum Libr. III. 21, 33—39. p. 319—20. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 598—600.

1081. 1081.

[151.] Willielmi, Anglorum regis, diploma, quo Canuti regis privilegia, monasterio Edmundiburgo data, confirmat, et præcepta regum Anglorum, "Eadmundi, Canuti, Hardecanuti atque illustris Eadwardi", quæ hoc monasterium a suprematia episcoporum emanciparunt, corroborat. — Apud *Wintoniam*, prid. calend. Junii, indict. IV^ta, anno XV. Willielmi regis. 31. Maji.

Monasticon Anglicanum I. 288—89. Epitome apud Wanley, in catal. biblioth. Anglosax. (Hickes Thesaur. II. 259.) ex cod. chart. August II^do biblioth. Cottonianæ. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 623.

1082. 1082.

[152.] Willielmi Dunelmensis episcopi diplomæ de restauratione ecclesiæ sancti Cuthberti, quam "crudelis barbarorum (Danorum) manus, et alia circumquaque loca", vastaverant, et "nobilem illius coenobii (Lindisfarnensis) coetum, ausu sacrilego" neci tradiderant. Inter

1082. testes inscriptos occurrit Osbernus Exoniensis episcopus, SIVARDUS BARN, Wlnotus Haraldi regis germanus. — *In concilio Londoniensi.*

Monasticon Anglican. I. 42—44. Cfr. Hickes Dissert. epistol. (Thesaur. III.) p. 73; Suhm Hist. af Danmk. IV. 629.

1084. **1084.**

[153.] Willielmi regis diploma "ut canonici sæculares de ecclesia beati Cuthberti amoveantur et monachi in ipsam introducentur". Inter nomina subscripta occurrit signum SIWARDI BARN. — *Apud Westmonasterium* in concilio, anno Willielmi regis XVIII.

Monasticon Anglican. I. 44. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 629.

1085. **1085.**

12. Maji. [154.] CANUTI quarti Magni regis filii literæ dotatoriæ, factæ basilicæ Sancti Laurentii Lundensi. — *Lundi*, XII. cal. Junii, indict. VIII. epact. XXII, concurr. II, anno regni V.

Stobæus Tria monumm. antiqua Lundensia p. 20—21. Sommelius de templo cathedr. Lund. p. 12—14 (cum die XI. cal. Junii). Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 1—2. Langebek Scriptt. III. 425—28. Suhm Hist af Danmk. IV. 781—82. Liljegren Dipl. Svec. I. no. 26 p. 42—44.

1090. **1090.**

[155.] Charta, qua ADELA Danorum regina partem silvæ suæ in Harlebec ecclesiæ Remensi Theoderici confessoris, "cujus virtutum famosissimam laudem a multis didici, ob animæ domini regis remedium et omnium antecessorum nostrorum", dono dedicat. Charta data est per manum Wulfranni cancellarii reginæ. (Donationem reginæ confirmasse dicitur frater ejus Robertus, Flandriæ comes, ad bellum sacrum proficiscens anno 1096). — *Harlebec*, IV. calend. Octbr., indict. XIII. epact. VIII, regnante Philippo Francorum rege anno XXXI. anno archiepiscopi domini Raynaldi VII. Radulfo regente feliciter ecclesiam anno III.

Marlot Metropolis Remensis Historia (Insulis 1666. Fol.) Tom. II. p. 182—83. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 755.

[156.] Instrumentum de restauratione monasterii "in loco qui olim Streoneshale vocabatur, deinde Prestebi appellabatur, nunc vero Witebi vocatur", per Reinfridum monachum de Ewesham, strenuum militem Willielmi bastardi Anglorum regis, qui "cum cognovisset, quod sanctus ille locus a crudelissimis piratis INGWAR et UBBA, ducibus Alariorum et DANORUM, cum provincia Northanymbrorum feroci depopulatione esset devastata, a quibus etiam rex sanctus Edwardus decollatus est, ac deinceps per ducentos et eo amplius annos vacabat religio monachorum et sanctimonalium in eodem loco, compunctus est corde". — Sine anno.

Monasticon Anglican. I. 73—75. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IV. 757.

1097—1106. **1097—1106.**

[157.] Eadgari Scotorum regis charta, qua villam Swintun et privilegia quædam ecclesiæ s. Mariæ apud Coldingaham et monachis ibi degentibus concedit; testibus: THOR LONGO, Cnut Carl sun, Swein Ulfkillsun, Uuiæt (v. Uinet) hwite. — Sine anno.

Facsimile cum sigillo regis et enodatione ap. Anderson, Diplomata et Numismata Scotiæ, no. 3. Beda ed. Smith, Appendix p. 760—61.

1104.

1104.

[158.] Anselmi archiepiscopi Cantuariensis ad Atserum archiepiscopum Lundensem literæ, ubi dicit se negotium ab Atsero sibi commendatum apud Albricum cardinalem confecisse; gratulatur deinde, et deo gratias agit, quod archiepiscopalem dignitatem in Dania assecutus sit, simulque rogat, ut alienigenas ab ordine ecclesiastico retineat. — Sine anno.

Anselmi Epp. libr. IV. ep. 90. Opp. (ed. II.) p. 448. Capitull. Regg. Francc. Append. ed. Baluz. II. col. 1556. Mansi collectio conciliorum Tom. XVIII. 1027. Staphorst Hist. eccl. Hamb. I. Th. 1. Bd. p. 524—25. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. 1. 344. Liljegren Dipl. Svec. I. no. 27. p. 44. Dan. interpr. in: Suhm Hist. af Danm. V. 140.

1107.

1107.

[159.] Nicolai regis literæ, in compendium redactæ, quibus ecclesiæ S^ti^ Canuti Ottoniensi quadraginta marcas annuatim solvi jubet. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 243. cfr. p. 314. Cfr. Suhm Hist. af Danm. V. 158. 216.

1107 vel post.

1107 vel post.

[160.] Charta, qua Thor longus sancto Cuthberto et monachis ejus ecclesiam in Ædnaham cum una carucata terræ dono dedicat, pro anima regis Ædgari et patris ejus atque matris, fratrum et sororum, pro redemptione fratris sui (Thori) Lefwini, et pro salute corporis sui et animæ. — Sine anno.

Facsimile apud Anderson, Diplomata et Numismata Scotiæ. Beda, ed. Smith, Append. p. 763.

[161.] Thori longi ad Davidem comitem Scotum literæ, in quibus eum rogat, ut donum suum de ecclesia Ednahamensi confirmare velit. — Sine anno.

Facsimile ap. Anderson, Diplomata et Numismata Scotiæ. Beda ed. Smith, Append. p. 763.

1110.

1110.

[162.] Epistola Adelgorii archiepiscopi Magdeburgensis et plurium ad episcopos Saxoniæ, Franciæ, Lotharingiæ, Flandriæ, ut mittant auxilia adversus paganos, qui christianos crudelissime ceciderant, addentes: "ad hoc bellum devotas offert manus cum populo suo rex Dacorum et alii principes per circuitum". — Sine anno.

Martene et Durand Veterum Scriptorum Collectio Tom. I. 625—27. Schöttgen u. Kreysig Diplomat. Nachlese I. Bd. 3. Th. p. 553—59. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 172—74.

c. 1110.

c. 1110.

[163.] Paschalis (II^di^) papæ ad N. archiepiscopum Poloniæ literæ, ubi se ei pallium archiepiscopale non prius traditurum esse dicit, quam juramentum fidelitatis et obedientiæ præstiterit. In his literis scribit: "Numquid non ultra vos Saxones, Danique consistunt? Et tamen eorum metropolitani et idem juramentum asserunt, et legatos apostolicæ sedis honorifice tractant, et in suis necessitatibus adjuvant, et apostolorum limina per legatos suos, non tantum per triennium sed annis singulis visitant". — Sine anno.

Baronii ann. eccl. ad ann. 1102. VIII—XI. Tom. XVIII. p. 141—42. Mansi collectio conciliorum Tom. XX. 981—86. (ad ann. 1109—1118). Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 125. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 177.

1113. **1113.**

6. April. [164.] Henrici imperatoris diploma, quo, ob interventum plurium episcoporum, inter alios "GEROLDI Rifensis" (i. e. Ripensis), abbatiæ s. Maximini in suburbio Trevirorum bona restituit, quæ Emicho comes et Gerlach filius ejus inique retinuerant. — *Vormatiæ*, ipso die paschæ, VIII. id. Aprilis, indict. VI. regni anno XIII. imper. vero II.

Martene et Durand Vett. scriptt. collect. I. 632. Hontheim Historia Trevirensis diplomatica I. 498.

1117. **1117.**

[165.] NICOLAI regis privilegia, data ecclesiæ S^ti^ Canuti et fratribus Othenis. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 2. 315. Cfr. Langebek Scriptt. I. 271. Suhm Hist. af Danmk. V. 218.

[166.] PASCHALIS (II^di^) papæ bulla, qua fundationem monasterii Othoniensis confirmat. — Sine anno et die.

Pontoppidan Annall. I. 347—49. Thorkelin Diplomatar Arna-Magn. I. p. 244. cfr. p. 315. Bulla data est Anagniæ III. id. Octobr. an. 1117; vid. Suhm Hist. af Danmk. V. 220. Langebek Scriptt. I. 271.

1118. **1118.**

16. Martii. [167.] GELASII (II^di^) papæ ad clerum et principes Galliæ epistola, ubi de facinore imperatoris queritur, quod "statim, die videlicet post electionem nostram quadragesimo quarto, Bracarensem episcopum, anno præterito a domino prædecessore nostro Paschale papa in concilio Beneventi excommunicatum, in matris ecclesiæ invasionem ingessit". Inter eos qui a partibus imperatoris steterant dicitur fuisse "Euzo, (all. TEUTO v. TEUZO) qui multo per DACIAM tempore debacchatus est". — *Caitæ*, XVII. cal. *Febr.* (corrig. *Aprilis*).

Simeon Dunelmens. de gestis regum Anglor. ap. Twysden, Hist. Anglicanæ scriptt. I. col. 239. Eadmeri Hist. Novorum ed. Selden p. 122. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 458. Baluzii Miscellan. III. 495. cfr. 498. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 227.

1121. **1121.**

[168.] NICOLAI regis literæ in compendium redactæ, quibus ecclesiæ Christi et S^tæ^ Mariæ et martyrum S^ti^ Albani atque S^ti^ Canuti Othense offert sextam partem piscaturæ in Löneburg. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 243. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 237.

1129. **1129.**

29. Decbr. [169.] HONORII (II^di^) papæ ad regem Daniæ literæ, quibus legatum sedis apostolicæ Gregorium de Crescentio, sancti Theodori diaconum cardinalem, juxta precum regis instantiam et promissionem papæ in Daniam missum "ut exstirpet nociva et plantet salubria" — regi commendat. — *Laterani*, IV. cal. Januarii, pontif. anno V^to^.

Baronii annal. eccles. ad ann. 1129. II. Tom. XVIII. p. 422. Mansi collectio concilior. Tom. XXI. 321—22. Binii Concilia Tom. III. P. II. p. 469. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 321. — Ad ann. 1220. referendæ et Honorio III^tio^ papæ tribuendæ sunt; vid. literas ad h. a. relatas.

1133. 1133.

[170.] Asceri archiepiscopi Lundensis diploma de dedicatione criptæ "majoris ecclesiæ Lundensis, in honorem sancti Johannis baptistæ omniumque patriarcharum et prophetarum Christi", anno 1123. indict. prima, pridie calend. Julii, et de donatione quorundam bonorum in sustentationem fratrum prædictæ ecclesiæ. — VII. idus Januar. indictione XI. 7. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 28. p. 41—46.

[171.] Innocentii (II^di) bulla ad Adalberonem archiepiscopum Hammenburgensem, ubi dicitur Hammaburgensis apud papam, et prædecessores ejus antea, questus fuisse de inobedientia Asceri Lundensis et aliorum Daniæ episcoporum, et hi ab antedictis prædecessoribus Calixto et Honorio moniti, ut aut archiepiscopo Hammaburgensi quasi metropolitano obedirent, aut causam, cur non facere vellent, coram sede apostolica dicerent, in pertinacia mansisse, quare "ad formam privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Nicolai, Benedicti et Adriani, episcopatus Daciæ, Sueciæ, Norweigiæ, Farriæ, Gronlandiæ, Halsingal(an)diæ, Islandiæ, Scridiuindiæ et Slavorum" suprematiam ecclesiæ Hammaburgensi confirmat. — *Romæ* apud Montem Aventinum, VI. calend. Junii, indict. XI. pontific. anno IV^to (al. III^tio). 27. Maji.

Phil. Cæsar de triapostol. septentrion. (append. in Fabricii memor. Hamburgens. II. p. 776—80). Goldasti collectio constitt. imperr. II. 48—49. Privil. archieccl. Hammab. ap. Lindenbrog. Scr. rer. Germ. no. XXXVIII. p. 150. Örnhjelm Hist. Sveon. lib. IV. I. 119—26. p. 390—91. Lünig T. R. A. vol. XVI. Spicil. eccl. I. Contin. I. Anh. p. 95—96. Labbei Concilia X. 953—54. Staphorst Hist. Eccl. Hamburg. I. Theil, I. Bd. p. 532—33. Pontoppidan Annall. I. 355. Mansi collectio concilior. XXI. 399. Liljegren Dipl. Svec. I. no. 29. p. 46—47. Epit. in: Grönlands hist. Mindesm. III. 78—79. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 425—428.

[172.] Innocentii (II^di) papæ ad Nicolaum Danorum regem literæ, de restitutione episcopatuum Daniæ sub suprematiam archiepiscopi Hamburgensis, quemadmodum in privilegiis "Sergii, Gregorii, Leonis, Benedicti, Nicolai et Hadriani Romanorum pontificum continetur". — *Romæ*, ap. mont. Aventinum, VI. calend. Junii (sine anno). 27. Maji.

Phil. Cæsar de triapostol. septentr. (append. in Fabricii memor. Hamburg. II. p. 781—82). Mansi collectio conciliorum Tom. XXI. 399—400. Staphorst Hist. eccl. Hamb. I. Theil, I. Bd. p. 533—34. Pontoppidan Annal. eccl. Dan. I. 353.

[173.] Innocentii (II^di) papæ ad Ascerum episcopum Lundensem literæ, jubentes ut A(dalberoni) Hamburgensi archiepiscopo ut metropolitano suo in omnibus pareat. — *Romæ*, apud montem Aventinum, VI. calend. Junii (sine anno).

Phil. Cæsar de triapost. septentr. (append. in Fabricii memor. Hamburg. II. p. 782—83. Staphorst Hist. eccl. Hamb. I. Theil, I. Bd. p. 531. Pontoppidan Annal. eccl. Dan. I. p. 354. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 30. p. 17.

[174.] Innocentii (II^di) papæ ad Magnum Daniæ (Sveciæ?) regem literæ, in quibus ei rogando mandat, ut A. Hammaburgensi archiepiscopo tanquam metropolitano "humiliter" pareat. — *Romæ* apud montem Aventinum, VI. cal. Junii (sine anno).

Phil. Cæsar de triapostol. septentr. (append. in Fabricii memor. Hamburg. II. p. 783—84). Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 425.

1135. 1135.

[175.] Erici Danorum regis, Erici filii, literæ de fundatione præbendæ canonicalis in ecclesia Lundensi. Hoc factum esse dicitur consentiente et collaudante Malfride regina, et 6. Januar.

filio regis Svenone, præsentibus Ascero archiepiscopo Lundensi, et Ottario Bergenensi. — *Lundis*, VIII. id. Januarii, indictione XIII. regni anno IV.

Suhm Hist. af Danm. V. 649—50. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 33. p. 48—49.

29. Novbr. [176.] Literæ, quibus ESKILLUS, episcopus Roëskildensis, fundat monasterium Nestvediense ordinis S^cti^ Benedicti, ex mandato Petri Botilldis filii ejusque matris et fratrum Hemmingii atque Georgii. — In villa *Næstveth*, d. III. cal. Decembr. indict. XIII. imperante Lotharo Romanorum Cæsare Augusto, anno V. Erici Danorum regis, episcopatus ... Eskilli, Roskildensis ecclesiæ ... episcopi anno II.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 5. Pontoppidan Annall. I. 359—61. Epit. ap. Langeb. Scriptt. rer. Dan. IV. 313. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 484—486.

[177.] ERICI SECUNDI Daniæ regis diploma, quo fratribus Ringstadiensibus singulis annis decem marcas ex censu "Mitsommersgeld", prætereaque duos mansos in Biarge, duos mansos in Amaca, in Gly et Almstofft, et dimidium nemoris Ringstadiensis confert, in memoriam quod frater ejus Canutus Ringstadi sepultus erat. — *(Ringstadi)* in ecclesia b. Mariæ.

Dän. Biblioth. III. 126—27. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 4.

1136.

1136. Decembri. [178.] Conventio inter congregationes S. Laurentii, S. Crucis et omnium Sanctorum, inita circa exequias fratrum dictorum monasteriorum. — *(Lundis)* in claustro s. Laurentii, mense Decembri.

Langebek Scriptt. III. 471—72.

[179.] Capituli Stabulensis charta, qua Wiboldo abbati villam suam Bovianicum, in solitudinem redactam, in qua "tempore persecutionis DANORUM" corpus S. Remacli latuerat, restaurandam, et ad vitæ dies libere disponendam concedunt, addita monitione, ut cum singulari desiderio et honore memoriam ejus (S. Remaclii) foveat. — Indict. XIV.

Martene et Durand. Scr. vett. etc. Collectio Tom. II. 94—95.

1137.

1137. [180.] Guibaldi abbatis Casinensis ad Lotharium imperatorem epistola, in qua calamitates monasterii Casinensis ei exponit, auxiliumque ejus et protectionem implorat, ceterum allegans ad relationem Petri diaconi, "epistolæ hujus dictatoris", quem in Alemanniam, Saxoniam, DACIAM, Sveviam ac Lotharingiam mittere decreverat (scilicet ad pecunias in subsidium monasterii contrahendas).

Martene et Durand. Scriptt. vett. Collectio Tom. II. 183—86. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 536—537.

1138—1139.

1138—39. [181.] R(ICULFI) episcopi Othoniensis et *B.* prioris, totiusque conventus literæ, quibus jura et societatis ratio, quæ inter ecclesiam Othoniensem et Eveshamensem, fratresque in utroque loco ordinatos, si ex uno conventu in alterum venirent, servari deberet, ordinantur. Subscripserunt: Riculfus episcopus, Riqui episcopus (Roskildensis) et Illuch episcopus (Arhusiensis). — Sine anno.

Monasticon Anglicanum I. 150. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 561—563.

1139.

1139.

[182.] Innocentii (II^di) papæ bulla, qua, ex optatu Ormi, prioris ecclesiæ Ring- 1. Martii.
stadensis, hanc ecclesiam sub B. Petri et sua protectione suscipit, possessionesque, quas juste et canonice possidebat, confirmat. — *Laterani*, calend. Mart., pontif. anno X. indict. II, an. MCXXXVIII.

Dän. Biblioth. III. 127—130. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 8—9. — Pro ann. MCXXXVIII. legi debet ann. MCXXXVIIII. ut patet non solum ex notis chronologicis (ann. pontificat. X. et indict. II.) bullæ adscriptis, sed etiam ex Hamsfortii chronolog. secunda (Langebek. Scriptt. I. 273) et Langebekii apographo hujus bullæ ex diplomatario Ringstadiensi desumto. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 559.

[183.] Eskilli archiepiscopi Lundensis privilegia, in compendium redacta, mo- 8. Augusti.
nachis Othiniensibus data. — *Lundis*, VI. id. Augusti ann. MCXXX.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 245. cfr. 317. Cfr. Langebek Scriptt. I. 273. Suhm Hist. af Danm. V. 559—561.

1140.

1140.

[184.] Literæ, quibus Ericus rex, ex rogatu domini Petri et fratrum ipsius Georgii 21. Martii.
et Hemmingi, monachis in coenobio Nestweith offert forum villæ prædictæ ac omnia fori jura, "nominatim autem trium marcarum ac quadraginta forisfacturam", Mithsumereschield, etc. — *Eggeslef*, XII. cal. April., indict. III.

Pontoppidan Annal. I. 364—66. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 9—10. Suhm Hist. af Danmk. V. 651—52. Epit. ap. Langebek, Scriptt. IV. 337 et ap. Melchior, Herlufsholm p. 9.

[185.] Erici regis literæ, quibus Hermanno episcopo offert curiam in Brunbi, molendinum in Lugen, omnem justitiam regalem de Litelhereth et dimidio Smureimshereth, X marcas ex Mitsommersgelt de Lunda atque villam Willingaroth. — *Lundis*, in domo archiep. et in domo Siunde (sine anno).

Thorkelin Dipl. Arn. Magn. I. p. 7. Langebek Script. IX. . Cod. Esrom. fol. LXIIII. b. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. V. 570—71.

1111.

1141.

[186.] Adelberonis Hamburgensis archiepiscopi diploma, quo Wicelino et fratribus 11. Julii.
in Novo-Monasterio in villa Wipenthorp Holsatensi decimas ex nonnullis villis concessit. Testes adscripti sunt: Sivardus Obsalensis episcopus, Occo Slesvicensis episcopus. — *Bremæ*, V. id. Julii, regnante Conrado tertio, anno ordinationis Adelberonis XVIII., indict. IV.

Lindenbrog Hist. archiep. Bremens. p. 114—115. Privil. archieccles. Hammab. ap. Lindenbrog, Scriptt. rer. German. no. XLI. p. 151—52. Lünig Teutsch. Reichsarchiv Vol. XVI. Spicil. eccl. I. Contin. I. Anh. p. 97. Staphorst Hist. eccl. Hamb. I. Th. I. Bd. p. 511—12.

[187.] Erici regis literæ, in compendium redactæ, quibus monachis Othiniensibus 7. Decbr.
XXX marcas de insula Sild, annuatim præstandas, concedit. — *Othense*, in eccl. S^ti Canuti VII. id. Decembr.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 246.

[188.] Erici regis literæ, quibus Livonem (vel *Linonem*) præpositum jubet servare pactum initum inter ecclesiæ S^ti Albani parrochianos et monachos S^ti Canuti, secundum quod fratres pro jure in ecclesia Albani IV marcas census æstivalis a rege quotannis obtinebant. — Sine anno.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 217. Cfr. Langebek Scriptt. I. 273. Suhm Hist. af Danmk. V. 580. 513. Vedel Simonsen Bidrag til Odense Byes Hist. p. 99.

1142. **1142.**

1. Januar. [189.] ERICI regis confirmatio, in compendium redacta, piscationis, ecclesiæ Sancti Canuti Othiniensi a Nicolao rege oblatæ. — II. non. Januarii.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 217—18. Cfr. Langebek Scriptt. I. 273—74.

April. [190.] Conradi secundi (III^tii) Romanorum regis diploma, quo ecclesiam in Ranshoven. ab avo suo Henrico imperatore fundatam, sub protectionem suam regiam suscipit. Inter testes subscriptos nominatur "PETRUS filius regis Danorum" (ɔ: Sveno fil. Erici Emun). — *Wirtzpurch*, indictione IV. regni anno II. (sine die).

Scheid. Origin. Guelficæ Tom. II. p. 477—78. Cfr. Suhm Hist. af Danm. V. 595—96. Böhmer Regesta imperator. Romanor. p. 116. no. 2215.

15. Decbr. [191.] Conradi (III^tii) Romanorum regis ad Joannem imperatorem Constantinopolitanum literæ, quibus potestatem imperii sui et gloriam ei persvadere conatur, quum omnes adversarios suos jam "potenter in imperiali jure inclinasset"; addens: "ad hoc Francia et Hispania, Anglia, DANIA ceteraque regna imperio nostro adjacentia, quotidiana legatione sua cum debita reverentia et obsequio nos frequentant". — *Ratisponæ*, XVIII. cal. (Januarii?). Sine anno.

Ottonis Frisingensis de gestis Frederici I^mi (Basil. 1569. Fol.) Libr. I. cap. XXIII. p. 206—207.

1145. **1145.**

13. Junii. [192.] HELIÆ episcopi Ripensis privilegium, canonicis Ripensibus datum, "ut scholas pro voto suo et consilio episcopi ordinent et canonia vacans eorum consilio et consensu collocetur". — *Hænningh*, idus Junii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 108. Dan. interpr. apud Hvitfeldt, Bispe-Kr. p. 22.

1. Septbr. [193.] Literæ de donationibus, quibus ESKILLUS, secundus archiepiscopus Lundensis, ecclesiam suam ornaverat, in præbendis fundandis, pluribus rebus pretiosis donandis, et optione præbendarum ordinanda. Testes, quibus præsentibus hæc "dedicatio et inscriptio" edita est, commemorantur: Aszerus Selandiæ, Gislo Liungacopensis, Otgrimus Skaronensis et Hermannus Sleswicensis episcopi, præter plures clericos inferiorum ordinum. — *Lundis*, calend. Septembris, indictione VIII.

Liljegren Dipl. Svec. I. no. 35. p. 51—53. Sommelius de Eskillo archiepiscopo p. 47—50.

[194.] Documentum de omnibus iis rebus, quibus "dominus ESKILLUS sanctæ Lundensis ecclesiæ archiepiscopus" ecclesiam Lundensem ornaverat, in donatione possessionum, institutione archidiaconatus et thesaurariæ etc.

Liljegren Dipl. Svec. I. no. 34. p. 49—51. Sommelius de Eskillo archiepiscopo p. 44—47.

[195.] Documentum de dedicatione ecclesiæ Lundensis majoris cal. Sept. ab ESCHILLO Danorum archiepiscopo, astantibus et auxiliantibus Herimanno Slesvicensi, Gislone Ostgotiæ et Oethgrimo Vestgotiæ episcopis. Ecclesia in honorem Mariæ et sancti Laurentii consecrata est. Reliquiæ ibi depositæ enumerantur. Annectitur notitia de dedicatione altaris sinistri ejusdem ecclesiæ ab Eskillo archiepiscopo cal. Septembr. 1146 et de reliquiis sanctorum ibi asservatis. — Indict. VIII.

Kihlgren (Stobæi præsid.) de nummis et sigillis Lundens. p. 67.

1147 vel ante. 1147

[196.] Litteræ, quibus WILLO (prior) Wibergensis coenobii, et fratres ejusdem monasterii fratribus in domo s. Laurentii spondent, se pro hisce septem officia in communi facturos esse, et unumquemque sacerdotum 3 missas celebraturum esse. — Sine anno. vel ante.

Langebek Scriptt. III. 472. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VI. 32.

1147. 1147.

[197.] Simonis, comitis de Northamtona, charta, qua terram suam Saltereiam, intra terminos (in charta definitos) quos "TURKILLUS DANENSIS per donationem regis CNUT" habuerat, ecclesiæ sanctæ Mariæ de Saltreia et monachis Cisterciensibus, ibi manentibus, dono dedicat. — Sine anno.

Monasticon Anglicanum I. 850—51.

[198.] Alexandri Maufe charta, jussu "domini" ejus Simonis, comitis Northamtoniæ, edita, de terminis Saltreiæ (quam comes ecclesiæ S^tæ Mariæ de Saltreia et monachis Cisterciensibus dederat) tempore THURCHILLI DANEYS et uxoris ejus Hurogundæ et ceterorum possessorum servatis, nec non de privilegiis et immunitatibus (inter alia "de danegeldis") quæ temporibus CNUTI REGIS et ceterorum règum Saltreiæ concessa fuerant. — Sine anno.

Monast. Anglic. I. 851—51.

1148. 1148.

[199.] SVENONIS Danorum regis diploma, quo donationes suas — quibus iteratis vicibus ecclesiam Ringstadensem locupletaverat (inter quas silva Thislund, totum "Mithsommers gield" ex villa Ringstadensi et "Dagswercke" enumerantur) — confirmat. — *Harældstæd.*

Dän. Bibliothek III. 130—32. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 11. Cfr. Suhm Hist. af Danm. VI. 14—16.

[200.] SVENONIS Danorum regis diploma, de modo, quo "villa, que Esrom dicitur — cultui mancipata sit divino": acquisiverat nimirum "beatæ memoriæ Eskildus" Lundensis archiepiscopus ab antecessore regis Herico, et usui fratrum substituit; adjecit etiam villam Widilingeruth, ab herede Hermanni episcopi Slesvicensis emtam, quas donationes rex corroborat, et colonos fratrum de omni regio servitio absolvit. — Sine anno.

Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 12. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VI. 33—34. 104.

1151 vel ante.

[201.] Epitome epistolæ Bernardi abbatis Clarevallensis, quoad relationem de visione ESKILLI, postea archiepiscopi Lundensis, donec in Saxonia in ecclesia Hildesemensi studii causa versabatur, cum nimirum, morbo correptum, S. Mariam vidisse et votum fecisse ut de quinque generibus annonæ quinque modios ei redderet, quod vir quidam significare dixit eum V coenobia fundare debere. — Sine anno. 1151 vel ante.

Manrique Ann. Cisterc. ad ann. 1151. cap. XIII. Tom. II. p. 200—201.

1151. 1151.

[202.] EUGENII (III^ti) papæ bulla, qua monasterium de Esrom in suam et b. Petri protectionem suscipit et a decimarum solutione de laboribus, quos propriis manibus aut sumtibus colit, liberat. — *Signie*, IIII. cal. Jan. indict. XV. pontif. an. septimo. 29. Decbr.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 218—19. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esr. fol. I—II.

1151. [203.] EUGENII (III^tii) papæ decretum, priori et fratribus sanctæ Trinitatis Lundun. datum, statuens, "ut liceat vobis in causis ecclesiæ testimonium ferre, dummodo unus vel duo ex vobis ad agendum et respondendum instituantur; quorum testimonium in causis, quibus actores responsales sunt instituti, non debent admitti". — Sine anno.

Antiquæ collectiones decretalium (Paris. 1609 fol.) p. 40. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VI. 103.

[204.] S(VENONIS) regis Danorum literæ, quibus omnes colonos ecclesiæ Ripensis tam ruricolas quam urbicolas ab omni debito juris regii, quod rurenses Quærsæt, urbani vero Scot et Quærsæt vocant, liberos esse concedit, nec non episcopo Ripensi dimidietatem cujuslibet juris regii civitatis Ripensis, Strandwerch, Forbau et jure XL marcarum exceptis, donat. — Sine anno.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 175. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VI. 77. 102—103. VIII. 292, quo ultimo loco Suhmius hoc diploma Svenoni Estrithio tribuit.

[205.] SVENONIS Danorum regis ad Conradum (III^tium) imperatorem literæ, in quibus pro beneficiis gratias agit, rogat deinde, ut locum commodum et tempus cum eo conveniendi designet, securumque ducatum sibi procuret, legationem suam Bremensi archiepiscopo et O. marchioni commisisse dicens, ut "ducis insidias" declinaret. Postremo rogat, ut principes suos ad Slavorum depressionem excitet, et super his quæ digna videantur rescribat. — Sine anno.

[334.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad ARCHIEPISCOPUM Lundensem (Eskillum?) epistola, qua excusat, quod pecuniam per Absalonem clericum Lundensem sub nomine archiepiscopi apud se depositam non sine literis ejusdem dimiserit, etsi prædictus clericus a St. Jacobo revertens postulasset, ut, rogatu ut dixerat archiepiscopi Lundensis, Clarevallem pecunia transferretur. — Sine anno.

Steph. Torn. epp. ed. du Molinet no. 157 p. 239. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VII. 631.

1181—1185.

1181—85.

[335.] LUCII (III^tii) papæ literæ protectoriæ, datæ Julianæ, priorissæ monasterii Bosö, ejusque sororibus præsentibus et futuris. — Sine anno.

Epit. in: Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 821. p. 680—81.

1182.

1182.

[336.] LUCII (III^tii) papæ literæ protectoriæ datæ monasterio de Sora. — *Laterani*, VIII. cal. Febr., indict XIV. incarn. dominicæ anno millesimo centesimo octogesimo primo, pontificatus anno primo. 25. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 266—268.

[337.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad LUNDENSEM ARCHIEPISCOPUM literæ, in quibus Petrum nepotem ejus, canonicum St. Genovevæ, ei commendat, ut in patriam remeanti prælaturam aliquam procurare velit. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne ed. Colon. Agr. 1618. Fol.) Tom. XII. p. 522. Liljegren Diplomatar. Svecanum I. no. 85. p. 108—9. Steph. Torn. epistolæ, ad calcem epp. Gerberti editæ (Paris. 1611. 4to) no. 153. p. 629. ed. du Molinet no. 136. p. 191—95. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 11.

[338.] ABSALONIS Lundensis archiepiscopi et primatis Daciæ atque Sveciæ diploma, quo ecclesiam S. Mariæ in We cum omnibus suis pertinentiis ad abbatiam erigendam Præmonstratensi ordini concedit, et insuper "ecclesiam de Kiebu cum pertinentiis, capella videlicet de Kuicum cum decima totius parochiæ, quæ ibidem in jus nostrum cedit", pro ecclesia de Schippersleph commutasse se declarat. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 258. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 78. p. 103. ad ann. 1178. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 11.

1182—1183.

1182—83.

[339.] WILLELMI abbatis ad Laurentium priorem, Henricum et ceteros canonicos in Coningshelle literæ, in quibus amicitiam suam testatur; dicit præterea se ad partes illorum navem suam cum brasio mittere velle, rogatque, ut si quid periculi adesset, de hoc se monerent, "ne expensam amittere contingat et laborem". — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 55. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 92. p. 115—16.

[340.] Literæ WILLELMI abbatis ad B(ennonem) episcopum Zverinensem, "gratias agentis pro quadam benevolentia sibi exhibita". — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 61.

1183.

1183.

[341.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis epistola ad "PETRUM DE DACIA", Ste Genovevæ Canonicum, qua hortatur ad perfectiora sectanda, rogatque ut de statu suo in Dania et reditu scribat. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agripp. 1618, Fol.) Tom. XII. p. 523. Steph. Torn. epp. ad calcem epp. Gerberti editæ (Paris. 1611. 4.) no. 157. p. 631—32. ed. du Molinet no. 139. p. 198—99. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 39. 690.

[342.] CANUTI regis literæ, quibus confirmat privilegia a patre Waldemaro ecclesiæ Othiniensi concessa eique plures offert mansiones. — *Hindby*, XII. calend. April. 21. Martii.

1183. anno dominicæ incarnationis MCLXXXIV. indictione I. epactis XXV. gloriosi regis Danorum
21. Martii. Kanuti IV^ti (*quinti* Thork.) anno I.

Saxo Grammat. ed. Stephan. Prolegg. p. 16—17. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 461—63. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 269—71. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 33—35.

27. Augusti. [343.] Testamentum SVENONIS episcopi Arusiensis, quo griseis monachis de Cara Insula prædia aliaque bona assignantur. — VI. cal. Septembr.

Langebek Scriptt. V. 249—250.

27. Augusti. [344.] KANUTI regis confirmatio testamenti Svenonis episcopi de VI. cal. Septembr. 1183. — Sine anno et die.

Langebek Scriptt. V. 251.

27. Augusti. [345.] ABSALONIS archiepiscopi literæ ad Willelmum, abbatem de Cara Insula, continentes confirmationem testamenti Svenonis episcopi, eodem die conditi. — VI. cal. Sept.

Langebek Scriptt. V. 251—52.

20. Novbr. [346.] CANUTI Prizlavi principis filii literæ, quibus ecclesiæ Othiniensi complures offert possessiones pro sepultura in eadem ecclesia. — XII. cal. Decembris, in die sancti Edmundi regis et martyris.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 461—62. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 271.

1184. **1184.**

13. Novbr. [347.] LUCII (III^tii) papæ bulla, qua monasterium Esromense et ejus possessiones sub sua et b. Petri protectione suscipit, eidemque varia privilegia concedit. — *Veronæ*, Idus Novembr. indict. III. pontif. an. quarto.

Suhm Hist. af Danmk. VIII. 691—93. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esr. fol. IIII—V.

[348.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad PETRUM (SUNONIS FILIUM) literæ, in quibus fratres monasterii sui a suspicione de cavillationibus in eum absentem excusat, rogatque ut hunc scrupulum ex animo penitus exstirpet. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agr. 1618, Fol.) Tom. XII. p. 525. Steph. Tornac. epp. ad calcem epist. Gerberti editæ (Paris 1611. 4.) no. 163. p. 639—40. ed. du Molinet no. 145. p. 215—17. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 70.

[349.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad ABSALONEM archiepiscopum Lundensem epistola, in qua sibi gratulatur, quod Petrum canonicum suum, nepotem archiepiscopi, sic honoraverit et oneraverit, ut et honor non deficiat ex onere, et onus proficiat ex honore; deinde rogat, ut liberalitatem suam in ecclesiam apostolorum Petri et Pauli, ubi S. Genoveva requiescit, conferat, ut tectum ejus plumbeum refici posset, quod Normanni quondam destruxissent. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agrip. 1618. Fol.) Tom. XII. p. 525—26. Steph. Tornac. epp. ad calcem epistt. Gerberti editæ (Paris 1611. 4.) no. 164. p. 641—42. ed. du Molinet no. 146. p. 217—20. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 70—71.

[350.] Stephani abbatis S. Genovevæ Parisiensis ad WALDEMARUM Slesvicensem episcopum literæ, in quibus, commemorans ecclesiam S^tæ Genovevæ a Normannis vastatam tunc reædificari, "sub quodam rubore mendicans" rogat, ut aliquid ex liberalitate sua mittat, quo plumbum Anglicum, ad tegendam ecclesiam prædictam, emi possit. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agripp. 1618, Fol.) Tom. XII. p. 526. Steph. Tornac. epp. ad calcem epp. Gerberti editæ, (Paris. 1611, 4.) no. 165. p. 642—43. ed. du Molinet no. 147. p. 221—22. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 71.

[351.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad WILHELMUM abbatem literæ, in quibus rogat ut stipem mittat vel congreget, ad plumbum emendum, quo ecclesia Stæ Genovevæ Parisiensis hoc tempore reædificata tegeretur. — Sine anno. 1184.

Magna Bibl. Patrum (de la Bigne, ed. Col. Agrip. 1618, Fol.) Tom. XII. p. 526. Steph. Tornac. epp. ad calcem epistt. Gerberti editæ, (Paris 1611. 4.) no. 166. p. 643—44. ed. du Molinet no. 148. p. 223—24. Langebek Script. VI. 141—42. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 71.

[352.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad OMERUM Ripensem episcopum literæ, quibus canonicum suum G., pro negotiis ecclesiæ St. Genovevæ in Daniam missum, ei commendat. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agr. 1618, Fol.) Tom. XII. p. 526—27. Steph. Tornac. epp. ad calcem epistt. Gerberti editæ (Paris 1611. 4.) no. 167. p. 644—45. ed. du Molinet no. 149. p. 225. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 111. not. a.

[353.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad ducem CANUTUM (PRISLAVI FILIUM) epistola, in qua de morte Waldemari "fratris ejus carnalis" et canonici St. Genovevæ refert, additis precibus, ut G., canonico ejusdem claustri in Daniam misso, aliquid pecuniæ ad plumbum in tectum ecclesiæ parandum tradere velit. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agr. 1618, Fol.) Tom. XII. p. 527. Steph. Tornac. epp. ad calcem epp. Gerberti editæ (Paris 1611. 4.) no. 169. p. 646. ed. du Molinet no. 152 p. 227—28. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 69. 70.

[354.] Stephani abbatis St. Genovevæ Parisiensis ad regem Daniæ CANUTUM epistola, in qua vastationem ecclesiæ Stæ Genovevæ a Normannis et mortem Waldemari fratris (nepotis) regis, canonici ejusdem St. Genovevæ monasterii, commemorat, et latorem hujus epistolæ, canonicum suum G. commendat, ut liberalitatem in ecclesia St. Genovevæ adjuvanda ei manifestet. — Sine anno.

Magna Biblioth. Patrum (de la Bigne, ed. Colon. Agripp. 1618. Fol.) Tom. XII. p. 527. Steph. Tornac. epp. ad calcem epp. Gerberti editæ (Paris. 1611. 4.) no. 170. p. 647—48. ed. du Molinet no. 153. p. 229—30. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 69—70.

[355.] W(ilhelmi) abbatis Cystercii ad ABSALONEM archiepiscopum (et suffraganeos ejus) epistola, cum qua bullam Lucii papæ III. (Velletri, XII. cal. Januar. 1182 datam) de immunitatibus ordinis Cisterciensium, transmittit. — Sine anno.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 822. p. 681. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 71.

1185. 1185.

[356.] Literæ, quibus omnibus notum facit GRIMOLPHUS WLFFSSON, se Willelmo abbati et conventui monachorum in Ebbleholt bona sua in Mynghe sita condonasse. — *Mynghe*, vigilia app. Petri et Pauli. 28. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 142. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 57.

[357.] ABSALONIS archiepiscopi Lundensis confirmatio super donatione tertiæ partis decimarum annonæ, ecclesiæ B. Mariæ Hafniensi a comparochianis facta. — *Haffn.*, XVI. cal. Decembris an. 1155 (corrig. 1185?). 16. Novbr.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 151—55. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 601.

[358.] Literæ amicabiles WILLELMI abbatis ad Petrum filium Sunonis, inter alia de statu monasterii Willelmi. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 48—50. Hæ literæ ante ann. 1185, ad quem eas Langebekius et Bartholinus referunt, datæ esse videntur; cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 112.

1185. [359.] Literæ WILLELMI abbatis ad d. Ebbonem pro quodam egeno. — Sine anno.
Langebek Scriptt. VI. 73. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 113.

1186. **1186.**

ante 12 Maji. [360.] CANUTI regis, Waldemari filii, diploma, quo ecclesiæ Lundensi confirmatur possessio omnium bonorum, quæ ei a prioribus regibus Daniæ data fuerant. — Indictione quarta, gloriosissimi danorum monarche Kanuti anno tercio (quarto?), domini Absalonis Lundensis archiepiscopi tercii, archiepiscopatus anno octauo.
Kihlgren de nummis et sigillis Lundens. p. 69—71. Liljegren Diplomat. Svecan. I. no. 97. p. 121—23. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 125—26.

21. Octobr. [361.] URBANI (III^tii) papæ confirmatio super castro de Hafn, cum omnibus ejusdem pertinentiis, a Waldemaro rege Absaloni archiepiscopo et ab eo ecclesiæ Roskildensi collato. — *Witerbii*, XII. cal. Novembris (sine anno).
Pontoppidan Origg. Hafn. p. 6—7. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 57—58. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 127.

10. eebr. [362.] URBANI (III^tii) papæ literæ protectoriæ datæ conventui Cisterciensi de Sora. — *Veronæ*, IV. id. Decembris, indictione quarta, incarnat. dñicæ anno millesimo octogesimo septimo, pontif. anno secundo.
Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 273—276. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 127—128.

[363.] Literæ URBANI (III^tii) papæ ad Absalonem archiepiscopum, de decimis per fratres Caræ Insulæ, sicut alios Cisterciensis ordinis fratres, non solvendis. — Sine anno.
Langebek Scriptt. V. 253. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 124.

[364.] CANUTI Danorum Slavorumque regis literæ donationis super duos mansos in Sahebroch, Emero capellano collatos, datæ. — Sine anno.
Langebek Scriptt. V. 242. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 124—25.

[365]. ABSALONIS archiepiscopi literæ, quibus confirmat compositionem inter Waldemarum episcopum Slesvicensem et ejus dioecesanos de decimarum solutione. — Sine anno.
Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 60—61. ad ann. 1187. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 128. 691. 171—72.

1187. **1187.**

23. April. [366.] ABSALON archiepiscopus Lundensis literas suas confirmatorias d.d. 1185, XVI. cal. Decembr. sigillo suo roborat in testimonium ac munimentum. — *Haffn.*, nono cal. Maji.
Pontoppidan Origg. Hafn. p. 151—55. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 601. not. b.

ante 19. Octb. [367.] Literæ URBANI (III^tii) papæ ad Svenonem Arusiensem episcopum, de resignatione hujus. — Sine anno.
Langebek Scriptt. V. 255. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 152.

20. Novbr. [368.] Privilegium CANUTI regis, Waldemaro episcopo Slesvicensi ejusque successoribus datum, quo omnes eorum villicos et colonos ab omni gravamine liberos declarat, eosque a foro seculari exemptos soli episcoporum juri ac potestati subjicit. — *Gunerstorp*, XII. cal. Decembr. concurrentes III (ita enim legend. pro: CONCURRENTE IN vel CONVENIENTES IN) epactæ IX, ann. 1182.
Westphalen Monumm. ined. Tom. IV. 3112. III. 278—79. Cypræus Annall. episc. Slesv. p. 200—201. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 456—57. apud quos omnes diploma ann. 1182 habet. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 58—59. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 7. not. a. 155.

[369.] Literæ Willelmi abbatis S. Thomæ de Paraclito ad A. priorissam et K. et J. (moniales) in Slangethorp, pro acceptis ab iis quibusdam muneribus. — Sine anno. 1187

Langebek Script. VI. 26. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 155.

[370.] Literæ Willelmi abbatis ad K. et J., conventuales monasterii in Slangathorp. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 26—27. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 155.

[371.] Literæ Willelmi abbatis ad episcopum Thurgotum, quibus huic gratulatur circa promotionem ipsius, c. pl. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 56—57. Pontoppidan Annall. I. 475—76. ad ann. 1188. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 155.

[372.] Literæ Willelmi abbatis ad episcopum Thurgotum de defectu ecclesiæ S. Theodegarii. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 70—71. cfr. p. 6. no. LXVI. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 155. Bartholinus hanc epistolam ad ann. 1188 refert.

[373.] Literæ consolatoriæ Willelmi abbatis ad præpositum s. Theodegarii. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 57. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 155—56.

[374.] Literæ Willelmi abbatis ad præpositum quendam, verba officiosa continentes. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 64. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 156.

[375.] Literæ monitoriæ et amicabiles Willelmi abbatis ad Gozsvinum monachum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 64—65. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 156.

[376.] Literæ Willelmi abbatis ad Io(hannem) episcopum Othoniensem de fugitivo quodam monacho reducendo. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 72. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 437. not. a.

1188. 1188.

[377.] Clemens (III^{us}) papa Waldemaro episcopo Slesvicensi ejusque successoribus jus decimarum confirmat. — *Lateranis*, VII. id. Maji, pontif. anno primo. 9. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. VIII. 691. Michelsen Urkundensamml. I. p. 6.

[378.] Clementis (III^{ti}) papæ confirmatio privilegiorum, per regem Danorum Kanutum Waldemaro episcopo Slesvicensi ejusque successoribus concessorum (vid. supra no. 368). Sine anno et die. 9. Maji.

Cypræi Annall. Episc. Slesv. p. 202. Westphalen Monumm. ined. III. 279. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 471.

[379.] Clementis (III^{ti}) papæ literæ protectoriæ, datæ ecclesiæ sanctæ Mariæ Wibergensi. — *Lateranis*, VI. idus Junii, indict. VI. pontif. anno I. 8. Junii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 61—64.

[380.] Clementis (III^{ti}) papæ bulla ad Absalonem archiepiscopum Lundensem, de canonizatione bonæ memoriæ Ketilli, præpositi quondam ecclesiæ sanctæ Mariæ Wibergis. — *Laterani*, quinto idus Junii, pontif. anno primo. 9. Junii.

Langebek Scriptt. IV. 132.

[381.] Willelmi Remorum archiepiscopi diploma, quo anniversaria, in ecclesia s. Remigii Remensis quotannis celebranda, confirmat; inter hæc anniversaria numerantur

1188. "ESQUILINI ARCHIEPISCOPI DATIÆ". — Actum anno 1188. datum per manum Lambini cancellarii nostri.

Marlot Metropol. Remensis Tom. II. p. 424. Cfr. Suhm Historie af Danmk. VIII. 183.

[382.] Literæ WILLELMI abbatis monitoriæ ad sacras virgines, M. et M., filias regias. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 23—25. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 170.

[383.] Literæ WILLELMI abbatis ad conventum virginum monasterii S. Mariæ Roskildensis, ut a quodam fugitivo Nicolao furtim sublata et eis commissa restituant. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 25. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 170.

1189.

1189. 16. Martii. [384.] CLEMENTIS (III^{tii}) papæ bulla protectoria et privilegia, data monasterio de Esrom. — *Lateran.*, XVII. cal. April. indictione VII. incarn. domin. ann. MCLXXXVIII. pontif. an. secundo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 277. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esr. fol. V^{b}—VIII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 196.

1190.

1190. [385.] CLEMENTIS (III^{tii}) papæ ad Isacum (Angelum) Constantinopolitanum imperatorem literæ, ubi principes et nationes Europæ non paucas enumerat, quæ in expeditiones cruciatas paratæ erant; in his "Frisones quoque et DANOS triremes quinquaginta et duodecim Frandenses" armis instruxisse dicit, rogatque postremum, ut expeditionem quocunque modo si possit sublevet. — Sine anno.

Reusner epistolæ Turcicæ (Francof. 1598. 4.) p. 16—17. Cfr. Suhm Historie af Danmk. VIII. 191. 215.

[386.] Literæ WILLELMI abbatis ad amicum quendam (Petrum Sunonis), verba sola officiosa continentes. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 54—55. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 212.

[387.] Literæ consolatoriæ WILLELMI abbatis ad amicum (Petrum Sunonis) in infirmitate impatienter laborantem. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 55—56. Cfr. Suhm Hist. af Denmk. VIII. 212.

[388.] Literæ consolatoriæ WILLELMI abbatis ad infirmum quendam (Petrum Sunonis). — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 76. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 212.

1191.

1191. [389.] Literæ CELESTINI (III^{tii}) papæ ad Svenonem episcopum Arusiensem, de resignatione hujus. — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 255—56. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 228—229.

[390.] Literæ CELESTINI (III^{tii}) papæ ad Absalonem archiepiscopum Lundensem de resignatione Svenonis, episcopi Arusiensis. — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 256. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 229.

[391.] Literæ gratulabundæ et monitoriæ WILLELMI abbatis ad abbatem s. Genovevæ. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 78—79. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 211—12. Bartholinus hanc epistolam ad ann. 1195 refert.

1191—1198. 1191—98.

[392.] Celestini (III^tii) papæ literæ protectoriæ, datæ abbati et conventui de Loco Dei pro personis et omnibus bonis eorum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 189. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 438. 709.

1191—1201. 1191-1201.

[393.] Omeri episcopi Ripensis literæ, quibus monasterio Loci Dei bona et beneficia, quæ dicto monasterio vel prædecessores ejus vel ipse contulerant, confirmat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 193—94. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 52.

[394.] Absalonis archiepiscopi Lundensis literæ, quibus Wageno abbati in Loco Dei et successoribus ejus omnia bona et beneficia monasterio Loci Dei ab episcopis Ripensibus collata confirmat, monasteriumque ipsum et omnes ei attinentes possessiones sub patrocinio b. Petri et sedis apostolicæ suscipit. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 194—95. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 52—53.

1192. 1192.

[395.] Literæ Willelmi abbatis ad papam, ut episcopum Roskildensem, Petrum, ad ei subveniendum inducat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 57—58. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 268.

[396.] Literæ Willelmi abbatis ad Petrum (episcopum Roskildensem) pro familiari quodam. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 62. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 269.

[397.] Literæ monitoriæ Willelmi abbatis ad Iohannem monachum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 74—75. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 269.

[398.] Literæ Willelmi abbatis ad papam de lite quadam inter monachos nigros et griseos. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 60. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 287—88.

[399.] Literæ Willelmi abbatis ad papam, contra nigros monachos, griseos injuriose invadentes. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 61. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 287—88.

[400.] Literæ Willelmi abbatis ad Ce(lestinum) papam, de lite inter monachos nigros ecclesiæ S. Michaelis et monachos albos. — Sine anno.

Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 482. Langebek Scriptt. VI. 36. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 288.

[401.] Fragmentum sententiæ Homeri, episcopi Ripensis, et Willelmi abbatis de Paraclito, in lite quadam inter monachos de Guldholm et illos de Sancto Michaele orta. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 35. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 288.

1193. 1193.

[402.] Canuti regis literæ, in compendium redactæ, quibus confirmat privilegia 22. Januar
et bona, monachis S^ti Canuti Othiniensibus oblata a rege Erico Bono, ita tamen ut privilegia sanctimonialibus de Burg a Waldemaro rege concessa, sarta tecta maneant. — *Nyburg.* XI. cal. Febr. in die sancti Vincentii martyris.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 285. Cfr. Langebek Scriptt. I. 283. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 293—91.

1183. 30. Januar. [403.] Literæ CELESTINI (III^tii) papæ ad O(merum), episcopum Ripensem, quibus confirmat papa donationes, ecclesiæ Ripensi factas, medietatis omnium juri regio in civitate Ripensi attinentium. — *Lateranis*, III. cal. Febr. pontif. anno II.

Suhm Hist. af Danmk. VIII. 698.

12. Februar. [404.] CELESTINI (III^tii) papæ bulla, data ad Petrum episcopum Roskildensem, qua prohibet, ne cui successorum ejus liceat castrum Hafn ab ecclesia alienare. — *Lateran.*, II. idus Februar. pontificat. anno secundo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 64. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 291.

25. Febr. [405.] CELESTINI (III^tii) papæ confirmatio privilegiorum per S(venonem Grathe) regem Danorum ecclesiæ et episcopo Ripensi concessorum. — *Lateran.*, V. calend. Martii, pontificatus anno II.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 175—76. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 292.

26. Febr [406.] CELESTINI (III^tii) papæ bulla, qua monasterium regulæ S^ti Benedicti in Ringsted sub protectione B. Petri et sua suscipit, juraque ejus et privilegia confirmat. — *Laterani*, quarto calend. Martii an. 1192, pontificatus anno II. indictione XI.

Dän. Biblioth. III. 140—45. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 291—92. 698.

5. Martii. [407.] CELESTINI (III^tii) papæ privilegia, data monasterio de Esrom. — *Lateran.*, III. non. Marcii, indict. XI. incarn. dom. an. MCXCII. pontif. anno secundo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 281. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esr. fol. VIII —XI. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 291.

25. Martii. [408.] CELESTINI (III^tii) papæ bulla, qua donationem confirmat castri de Hafn, a Waldemaro rege ecclesiæ Roskildensi oblatam cum multis aliis possessionibus. (Inserta est Centii presb. card. tit. S^ti Laurentii in Lucina de iisdem confirmatio). — *Lateran.*, XIII. (leg. VIII.) cal. April. pontificatus anno secundo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 65—67. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 291—95. 699.

[409.] Literæ, quibus CELESTINUS (III^tius) papa confirmat privilegia et possessiones ecclesiæ s. Thomæ de Paraclito. — Sine anno.

Thorkelin, Diplomatar. Arna-Magn. I. 70 (ad ann. 1197). Langebek Scriptt. VI. 142—143. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 289—90.

[410.] Literæ, quibus PETRUS, Roskildensis ecclesiæ episcopus, ecclesiæ b. Kanuti Ringstadis decimam in Byllöse, pro II marcis argenti, annuatim solvendis, tradit. — Sine anno.

Danske Magazin I. 72. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 699. cfr. IX. 82.

[411.] Literæ, quibus PETRUS, episcopus Roskildensis, fratribus ecclesiæ Ringstadensis, ex consensu capituli ecclesiæ Roskildensis, ecclesiam parochialem in Byllöse confert. — Sine anno.

Danske Magazin I. 71. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 699—700. cfr. IX. 82.

[412.] Literæ, quibus PETRUS, episcopus Roskildensis, fratribus ecclesiæ Ringstadensis ecclesiam s. Johannis Baptistæ, Ringstadis sitam, ab omni exactione episcopali immunem canonice confert. — Sine anno.

Danske Magazin I. 71. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 700. cfr. IX. 180.

[413.] Jaromaris Ruyanorum principis diploma, quo ecclesiam virgini Mariæ et S. Petro consecratam fundat, et "de ECCLESIA EJUSDEM SACRÆ VIRGINIS ROSCHILDIS" sanctimoniales ibi constituit, ecclesiamque pluribus bonis dotat. — "Gubernante ecclesiam Romanam domino papa Celestino, regnante apud Danos rege gloriosissimo Kanuto, præsidente Lundensi ecclesiæ

venerabili archiepiscopo sedisque apostolicæ legato, Sveciæque primate domino Absalone, regente Roskildensem ecclesiam domino Petro". 1193.

Dreger Cod. dipl. Pomer. p. 52. Schwartz Geschichte d. Pomm. Rüg. Städte p. 530—33. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 317—18.

[414.] Wilhelmi abbatis S^ti Thomæ de Paraclito ad Kanutum Daniæ regem literæ, quibus hortatur, ne propter pecuniæ defectum pactionem conjugalem inter regem Francorum et sororem ejus dissolvi patiatur. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 42—43. (Epist. Libr. II. 23). Epit. in Meursii Opp. Tom. IX. 361—62. not. Gramm. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 297—98.

[415.] Literæ Willelmi abbatis ad Kanutum regem, verba officiosa continentes. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 43—44. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 310. not. a.

[416.] Literæ regis Danorum (a Willelmo abbate scriptæ) ad papam, justitiam de Waldemaro quondam Slesvicensi episcopo expetentis. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 58. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 284.

[417.] Literæ Willelmi abbatis ad abbatem de Nestveht de melioratione status coenobii hujus. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 54. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 289.

1194. 1194.

[418.] Kanutus rex universas possessiones monasterii Esromensis et colonos (ejus), terram quam obtinent incolentes, ab universis servitiis et exactionibus, regiæ jurisdictioni debitis, emancipat et absolvit. — *Gronolt*, XII. cal. Novembr., anno regni XIII. 21. Octbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 67—68. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLV^b—XLVI. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 323—24.

[419.] Literæ Willelmi abbatis (nomine Kanuti regis scriptæ) ad papam Celestinum, de causa inter regem Francorum Philippum et reginam, sororem Kanuti. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 76—77 (e collect. epp. Willelmi). Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 329.

[420.] K(anuti) Dei gratia Danorum regis atque Slavorum ad Cardinales literæ de divortio, inter regem Francorum, Philippum, et sororem Kanuti facto. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 45—46. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 326—27.

[421.] Willelmi abbatis (sub nomine Absalonis archiepiscopi) ad Celestinum (III^tium) papam literæ, ubi genealogiam Ingiburgis Francorum reginæ exponit, ad probandum, quod nulla affinitatis linea sit inter reginam et regem Philippum, quæ matrimonium eorum irritum reddere possit. — Sine anno.

Holberg Danmks. Hist. I. 260—61. Langebek Scriptt. VI. 41—42. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 101. p. 125—126. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 328.

[422.] Literæ Willelmi abbatis consolatoriæ ad reginam Francorum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 29—30. (epist. Libr. I. ep. XXXIV). Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 327.

[423.] Literæ Petri episcopi Roskildensis ad Celestinum (III^tium) papam de annualibus reditibus decedentium sacerdotum in episcopatu Roskildensi, ecclesiæ s. Thomæ de Paraclito conferendis. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 36—37. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 325.

1194. [424.] Literæ WILLELMI abbatis ad Walbertum abbatem de Esrom, quibus ei de reditu a capitulo Cisterciensi gratulatur. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 31. cfr. p. 5. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 324.

[425.] Literæ WILLELMI abbatis ad abbatem de Esrom, quibus mutuam amicitiam corroborare studet. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 31—32. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 324.

[426.] Literæ WILLELMI abbatis ad abbatem de Esrom, circa accusationes quasdam mendaces. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 32—33. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 325.

[427.] Literæ WILLELMI abbatis ad cancellarium (Andream Sunonis), verba officiosa continentes. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 66—67. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 325.

[428.] Epistola WILLELMI abbatis ad regem, qua regi aliquem commendare videtur. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 72—73. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 326.

[429.] Literæ WILLELMI abbatis, verba officiosa continentes ad d. Ebbonem (Sunonis filium). — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 39. Langebekius ad ann. 1195 refert, Bartholinus et Suhmius (Hist. af Danmk. VIII. 326) ad ann. 1194.

[430.] Literæ WILLELMI abbatis ad dūum Ebbonem (Sunonis filium) de injuria quadam ipsi Willelmo illata. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 33—34. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 326. Ad ann. 1195 hanc epistolam Langebekius refert.

1194—95. ## 1194—1195.

[431.] Literæ WILLELMI abbatis consolatoriæ ad reginam Francorum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 30—31. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 327—28.

1195. ## 1195.

9. Febr. [432.] PETRI episcopi Arusiensis literæ, quibus libros suos donat ecclesiæ b. Clementis, in ejus armario reponendos. — *Thorp*, V. idus Februarii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 68. Langebek Scriptt. VI. 405.

[433.] Literæ WILLELMI abbatis ad Willelmum (Walbertum?) abbatem de Esrom, de negotio circa divortium inter regem Francorum et reginam. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 46. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 350.

[434.] Literæ WILLELMI abbatis, nomine Andreæ cancellarii scriptæ, ad dominum Ostiensem (Octavianum cardinalem), indulgentiam quærentis, quod sine licentia ejus ab urbe (Roma) discesserit. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 52—53. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 351.

[435.] Literæ WILLELMI abbatis ad abbatem s. Genovevæ de causa reginæ Francorum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 78. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 352.

[436.] Literæ WILLELMI abbatis ad Francorum regem, Philippum, de regina ab ipso separata, nec non de detentione ipsius Willelmi et cancellarii regis Daniæ. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 44—45. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 352.

[437.] Literæ Andreæ, cancellarii regis Danorum, ad M. Meliorem cardinalem, de detentione ipsius Andreæ sociorumque ejus per ducem Burgundiæ. — Sine anno. 1195.

Langebek Scriptt. VI. 69—70. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 352.

[438.] Literæ Andreæ, cancellarii regis Danorum, ad Absalonem, Lundensem archiepiscopum, de iis, quæ illi sociisque contigerant in itinere Romano, de negotio reginæ Francorum, c. pl. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 59—60. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 354.

[439.] Literæ, quibus Willelmus abbas Gaufridum certiorem facit, se Parisios profecturum esse. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 68—69. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 353.

[440.] Literæ Willelmi abbatis ad fratrem Bernardum de Vicenis, circa negotium reconciliandæ litis inter regem et reginam Francorum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 75—76. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 353.

[441.] Literæ Willelmi abbatis ad papam de excommunicatione regis Norvagiæ, et eorum, qui eum coronaverant. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 34. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 366. Langebekius hanc epistolam ad ann. 1193 refert, Bartholinus ad ann. 1196.

1196. 1196.

[442.] Kanuti dei gratia Danorum Sclavorumque regis literæ, quibus antecessorum suorum donationem dimidietatis debiti, juri regio in civitate Ripensi attinentis, ecclesiæ Ripensi factam, confirmat, tribus causis, sc. Forband *(for Band?)*, Wrec et XL marcarum, exceptis. — *Wethlæthorp*, XV. cal. Aprilis, anno monarchiæ Kanuti regis XIV. 18. Martii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 176—77.

[443.] Kanuti, Danorum Slavorumque regis literæ, quibus commutationem ordinis nigrorum monachorum ecclesiæ sancti Michaelis de Sleswyk in ordinem alborum, a domino apostolico ob insolentias nigrorum factam, approbat. — *Grunolt*, pridie cal. Aprilis, indictione XIIII. anno monarchiæ regni Kanuti regis XIIII. 31. Martii.

Langebek Scriptt. VII. 323—324. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 704—706. Cfr. Michelsen Nordfriesland im Mittelalter p. 155 not. ††.

[444.] Kanuti regis confirmatio compositionis inter canonicos de Paraclito et colonos regios de piscatione, quæ Clöna appellatur. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 144—45. ad ann. 1195. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 54—55. ad ann. 1182. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 372. Knudsen Danmk. i Middelald. I. Hefte p. 65. not. 1.

[445.] Epistola, quam sub Kanuti regis nomine papæ Romano scripsit Willelmus abbas, ut severius in regem Francorum agere velit in causa divortii. — Sine anno.

Holberg Danm. Hist. I. 261—62. Langebek Scriptt. VI. 27. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 377.

[446.] Literæ Willelmi abbatis, sub nomine regis (Kanuti) ad cardinales scriptæ, de rege Francorum ob injurias sorori regis illatas excommunicando. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 28—29. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 378.

[447.] Literæ Willelmi abbatis ad cardinalem quendam. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 73. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 375. Bartholinus hanc epistolam ad ann. 1197 refert.

1196. [448.] Literæ WILLELMI abbatis ad regem Danorum, de sorore hujus, regina Francorum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 68. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 379.

[449.] Institutio WILLELMI abbatis super anniversaria die sua (quomodo sit agenda post obitum ejus). — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 115. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 372—73.

[450.] Literæ WILLELMI abbatis ad A(ndream Sunonis), cancellarium regis, in quibus agitur de promissione ipsi facta, missa videlicet habenda per dies singulos unius anni. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 35. cfr. p. 5. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 373.

[451.] Literæ WILLELMI abbatis ad Danielem quendam, qui monasterium reliquerat, revocandum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 66. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 371.

1197. **1197.**

19. Januar. [452.] Literæ, quibus CELESTINUS (III^tius^) papa libertates et immunitates, per regem Kanutum et inclitæ memoriæ Waldemarum, circa colonos monasterii de Sore, coenobio huic concessas, videl. quod ab omni regio servitio sint liberi et immunes, sicut continetur in scriptis regum et Absalonis, archiepiscopi Lundensis, confirmat. — *Lateran.*, XIV. cal. Febr.

Suhm Hist. af Danmk. VIII. 706.

23. Aprilis. [453.] CELESTINI (III^tii^) papæ indulgentiæ XL dierum, iis datæ, qui ecclesiæ cathedrali Arusiensi manus porrexerint adjutrices. — *Laterani*, IX. cal. Maji, pontificat. anno VII.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 69. Langebek Scriptt. VI. 387.

23. April. [454.] CELESTINI (III^tii^) papæ confirmatio sex præbendarum, quas Petrus episcopus Arusiensis fundavit. — *Laterani*, IX. cal. Maji, pontif. anno septimo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 69. Langebek Scriptt. VI. 387.

[455.] Donatio per KANUTUM regem facta in favorem ecclesiæ s. Mariæ et s. Kanuti martyris, quæ Ringstath est; similiter donationes per fratrem regis, ducem Waldemarum, dñam Sophiam, matrem regis, Sunni marscalcum, Egidium, capellanum ducis, Dukonem, capellanum regis, Rothingerum pincernam, Thone, fratrem Thoteri, Score et Nicholaum factæ. — Sine anno.

Suhm Hist. af Danmk. VIII. 707. cfr. 399.

[456.] ABSALONIS archiepiscopi Lundensis diploma, quo fratribus de Sora partem decimæ de Toakre, quæ ad eum pertinuit, donat. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 73. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 103. p. 127. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 401.

[457.] ABSALONIS archiepiscopi Lundensis literæ protectoriæ, datæ monasterio Sorensi. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 276. ad ann. 1188. Cfr. Langebek Scriptt. IV. 567. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 401—402.

[458.] Literæ WILLELMI abbatis ad papam, in quibus ille ex hoc quærit, quonam in ordine permanere debeat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 60—61. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 402.

[459.] WILLELMI abbatis ad J(erpulfum) episcopum Scarensem literæ, (fragmentum), quibus epistolæ Jerpulfi episcopi, superiori anno missæ, familiariter respondet. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 38. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 105. p. 128—29. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 403. 1197.

[460.] Literæ WILLELMI abbatis ad archiepiscopum Lundensem, in quibus conqueritur de efflagitationibus Fidentii cardinalis. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 21. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 394.

[461.] Literæ WILLELMI abbatis ad d. Seufridum cardinalem ("de quodam, qui per rapinam ecclesiæ terram invaserat et obtinebat"). — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 38—39. cfr. p. 6. no. XVII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 396.

[462.] Literæ WILLELMI abbatis ad Seufridum cardinalem ("pro familiari quodam ad ejus subventionem transmisso"). — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 63. cfr. p. 6—7. no. LII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 396.

[463.] Literæ WILLELMI abbatis ad Cincium cardinalem de negotio quodam. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 63. cfr. p. 6—7. no. LI. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 396.

[464.] Literæ WILLELMI abbatis ad Cincium cardinalem, intercessoriæ pro quodam. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 63—64. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 396.

1198. 1198.

[465.] INNOCENTII (III^{ii}) papæ bulla ad Absalonem archiepiscopum Lundensem, de confirmatione donationis castri Hafnensis ("de Hasij"), quod a rege Waldemaro acceperat, et plurium bonorum "videlicet: villam ipsam de Hasij (leg. *Hafn*), mansionem de Othersleſ, cum omnibus pertinentiis suis, scilicet Sersfel *(Serslef)*, Solbjarge, Huanlolde (leg. *Huanlosae*), Wigislef, Walbu, mansum unum Brunsoge, Imbrethorp, mansiones de Gesnetofte (leg. *Gefnetofte*) et de Murhoge (ɔ: *Mörkhöi*) cum omnibus pertinentiis earum, mansiones de Barsuerthe et de Wigurm (ɔ: *Vierum*) cum omnibus pertinentiis earum, mansiones de Husfretop (leg. *Husfrecop*) et de Haverthi, cum omnibus pertinentiis earum, mansiones de Burgbu et de Hjartharum (leg. *Njartharum*, ɔ. *Nærum*) cum omnibus pertinentiis earum, et universam partem earum, quæ acquisivit Nicolaus castellanus [tuus], juxta tenorem pacti quod inter [vos] convenit", quæ omnia ecclesiæ Roskildensi donaverat ea conditione, ut reditus ad vitæ dies obtineret. — *Perusii*, X. cal. Octobris, pontific. anno primo. 22. Septbr.

Innoc. III^{di} epp. ed. Baluz. I. 221.

[466.] INNOCENTII (III^{ii}) papæ epistola ad Petrum episcopum Arusiensem de confirmatione statuti episcopalis (ab archiepiscopo Lundensi commendati), de sex præbendis canonicis assignatis. — *Perusii*, VI. cal. Octobr. pontif. anno primo. 26. Septbr.

Innoc. III^{ii} epp. ed. Baluz. I. 221.

[467.] INNOCENTII (III^{ii}) papæ ad Olavum electum Upsaliensem literæ, cum quibus ei "ad instantiam — Tobiæ, nuntii — Lundensis archiepiscopi, et Walteri" nuntii archiepiscopi Upsaliensis, pallium transmittit, per ARCHIEPISCOPUM LUNDENSEM tradendum. — *Perusii*, VI. calend. Octobris, pontif. anno primo. 26. Septbr.

Innoc. III^{ii} epp. ed. Baluz. I. 221—22. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 106. p. 129—30.

[468.] INNOCENTII (III^{ii}) papæ ad regem Daciæ epistola, de compescendo Suero, tyranno Norvegiæ, "ita quod membrum illud diaboli non possit in regno Norvegiæ denuo debacchari aut persecutionem in ecclesiis ulterius suscitare". — *Apud civitatem Castellanam*, I. nonas Octobris, pontif. anno primo. 6. Octbr.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 226—27. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 494—95.

1198. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 107. p. 130—31.

13. Novbr. [469.] INNOCENTII (III^tii) papæ epistola ad præpositum "de Serand" (Strand) et prælatos Utlandiæ, de tollendis abusibus in causis disciplinæ ecclesiasticæ subjectis, connubiis equestris et pedestris ordinis (quibus, si unam vel dimidiam marcam solverint, uxorem in quinta vel sexta consangvinitatis linea ducere licebat) et pluribus. — *Laterani*, idibus Novembris, pontif. anno primo.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 247—48.

13. Novbr. [470.] INNOCENTII (III^tii) papæ epistola ad Absalonem archiepiscopum Lundensem, cui providere jubet, ut prælati (Utlandiæ) scriptis apostolicis, de abusibus ecclesiasticis tollendis, obsequium præstent. — *Laterani*, idibus Novembris, pontif. anno primo.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 248. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 108. p. 131—32.

13. Novbr. [471.] INNOCENTII (III^tii) papæ bulla confirmatoria super castro Hafn et bonis adjacentibus ecclesiæ Roskildensi datis. — *Laterani*, id. Novembr., pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 73—74. ubi non recte ad ann. 1199. refertur. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 429—30. 709.

13. Novbr. [472.] INNOCENTII (III^tii) papæ literæ, quibus sex præbendas a Petro episcopo Arusiensi canonicis ejusdem ecclesiæ assignatas confirmat. — *Laterani*, idus Novembris pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. VI. 388.

16. Novbr. [473.] INNOCENTII (III^tii) papæ ad Absalonem archiepiscopum Lundensem literæ, quibus archiepiscopo jubet, ut donationes ecclesiis vel claustris, vel quibuslibet locis religiosis factas, irrevocabiles observari faciat. — *Laterani*, XVI. cal. Decembris, pontificat. anno primo.

Antiqu. collect. Decretal. (Paris. 1609. fol.) p. 232. Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 248—49. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 109. p. 133.

16. Novbr. [474.] INNOCENTII (III^tii) papæ epistola, qua S. præpositum in Strand et Ford, a W(aldemaro) episcopo Slesvicensi ("Slethuicensi") canonice constitutum, in officio confirmat. — *Laterani*, XVI. cal. Decembr., pontif. anno primo.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 249.

ante 23. Novbr. [475.] ABSALONIS archiepiscopi Lundensis ad papam Romanum epistola (a Wilhelmo abbate scripta), qua papam rogat, ut auctoritatem suam quoad primatum inter episcopos Sveciæ sublevare velit, quum sæpius neque archiepiscopus Upsalensis nepue suffraganei ejus convenire vellent, a se vocati, et nonnunquam edictis regiis ab hoc officio se detineri dixerint. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 77. Neumann Historia primatus Lundensis p. 160—61. ad ann. 1177. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 104. p. 128. ad ann. 1197. Bartholinus has literas ad ann. 1199 refert; cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 480.

23. Novbr. [476.] INNOCENTII (III^tii) papæ bulla, qua antecessoris sui Adriani privilegium, archiepiscopo Lundensi datum, de primatu in Svecia, confirmat. — *Laterani*, IX. cal. Decbr. indict. II. pontif. anno primo.

Innocentii III^tii epp. ed. Baluz. I. 246—47. Liljegren Diplomat. Svecan. I. no. 110. p. 134—35. Epit. ap. Neumann, Hist. primat. Lundensis p. 161.

23. Novbr. [477.] INNOCENTII (III^tii) papæ bulla ad Joffridum (s. Gaufridum) abbatem et fratres monasterii de Sore, qua donationes iis factas et privilegia a regibus Waldemaro et

Kanuto filio ejus monasterio concessa, in libertate et immunitate colonorum, auctoritate apostolica confirmat. — *Laterani*, IX. cal. Decembris, indictione secunda pontif. anno primo. 1198. 23. Novbr.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 249—50. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 74—78, ubi non recte ad ann. 1199 refertur. Cfr. Manrique annall. Cisterc. IV. 551. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 427—429.

[478.] INNOCENTII (III^tii) papæ epistola ad Absalonem archiepiscopum Lundensem, ut duas ecclesias, "de Henestbl. et Stuntabl.", quas E. præpositus Slesvicensis (de Scelsuvig; "Seelvvidig" variet. codicis Colbertiani) præposito Strandensi ("de Strand") injuste subtraxerat, eidem restituat. — *Laterani*, VIII. cal. Decembris, pontif. anno primo. 21. Novbr.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 249. Cfr. Pontoppidan Annall. I. 486. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 434.

[479.] INNOCENTII (III^tii) papæ epistola ad archiepiscopum Lundensem, ut prævideat, ne homines de illegitimo thoro suscepti in munera ecclesiastica contra mandatum concilii Lateranensis irrepant, et præsertim, ne episcopus Upsalensis in hac re sæpius erret, vigilare jubet. [De eadem re archiepiscopo Upsalensi scriptum]. — *Laterani*, non. Decembris, pontif. anno primo. 5. Decbr.

Innoc. III^tii epp. ed. Bâluz. I. 262—63. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 111. p. 135—36.

[480.] INNOCENTII (III^tii) papæ epistola ad archiepiscopum Lundensem, ut collectores eleemosynarum pro hospitali sancti Johannis, qui falsa cruce signati populum graviter offendebant, et disciplinam ecclesiasticam contempserant, rejiciantur, et in eorum locum pii bonique viri ordinentur. — *Laterani*, V. id. Decembr. pontif. anno primo. 9. Decbr.

Antiqua coll. Decretal. (Paris. 1609, fol.) III. Libr. V. tit. XVI. p. 414. Innoc. III^tii epp. ed. Baluz. I. 265—66. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 112. p. 136—37.

[481.] INNOCENTIUS (III^tius) papa abbati et conventui monasterii Loci Dei indulget, ut possessiones et alia bona mobilia vel immobilia, exceptis feudalibus, quæ personis liberis fratrum ad monasterium eorum a seculo fugientium, si remansissent in seculo, ratione successionis vel alio justo titulo contigissent, petere, percipere ac retinere valeant. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 189—90. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 438. 709. — Nonne Innocentio IV. papæ (1243—1251) tribuendæ sunt hæ literæ?

[482.] Literæ WILLELMI abbatis ad papam, quæstionem continentes: an maritus, in regionem longinquam profectus, ibique aliam conjugem in matrimonium ducens, reversus et poenitens hanc dimittere possit. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 12. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 131.

[483.] (PAPÆ) responsum ad hanc quæstionem. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 12. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 135.

[484.] Responsum PAPÆ ad quæstionem Willelmi abbatis: an liceat viro, sine consensu uxoris, an uxori, sine consensu mariti, votum facere castitatis; nec non: an sponsam alterius aliquis cognatus ejus in matrimonium ducere possit. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 12—13. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 135.

[485.] Literæ WILLELMI abbatis ad papam, quæstionem proponentis, an vir, post decessum cognati ipsius, uxorem, quam sibi desponsaverat (hic cognatus), in matrimonium ducere possit. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 13. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 135.

[486.] Responsum PAPÆ ad hanc quæstionem. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 11. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 135.

1198. [487.] Literæ WILLELMI abbatis ad papam, quæstionem continentes: an consensui de futuro matrimonio, juramento addito, vis conjugii ita tribuenda sit, ut eam ob causam conjugium deinde cum alia contractum dissolvi debeat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 14. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 435.

[488.] Responsum PAPÆ ad hanc quæstionem. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 14—15. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 435.

[489.] Literæ WILLELMI abbatis ad papam de viro, qui, habitu religionis abjecto, ad fratres hospitales se transtulerat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 16—17. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 435.

[490.] Literæ WILLELMI abbatis ad papam pro marito, qui cognatam uxoris suæ, ante tempus nuptiarum contractarum, cognoverat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 17. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 436.

[491.] Responsum PAPÆ ad quæstionem Willelmi abbatis de poena illi irroganda, qui cognatam uxoris ante tempus nuptiarum cognoverat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 17—18. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 436.

[492.] Literæ PAPÆ ad episcopum quendam ut virgo violenter oppressa ceterarum virginum numero debeat adjungi. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 18. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 436—437.

[493.] Literæ PAPÆ ad episcopum quendam, circa adulterium per maritum quendam cum sorore uxoris commissum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 18—19. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 437.

[494.] Literæ WILLELMI abbatis ad archiepiscopum, de quodam, qui terram Willelmo scotaverat, et in usus suos resumserat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 39. cfr. p. 6. no. XVIII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 437.

1198 (vel 1298).

1198 (vel 1298). 22. Februar. [495.] Literæ S. DE RAPERHET et K. DE HORSTROP ad W. episcopum Slesvicensem, de scotatione coloniæ in Holme per dominum Thrugillum de Höxet monasterio Loci Dei facta. — *Apud ecclesiam Höxet*, anno domini MCCXCVIII. in Cathedra beati Petri.

Langebek Scriptt. VIII. 233.

23. Februar. (vel 3. Martii). [496.] WALDEMARI episcopi Slesvicensis literæ, quibus sub poena excommunicationis prohibet, ne hæredes domini Thrugilli sacerdotis de Höxet sibi jus aliquod in colonia in villa Holme sita, et monasterio Loci Dei testamento Thrugilli legata, assumant. — *Krakebundt*, anno domini MCCXCVIII, secunda feria proxima post dominicam Reminiscere.

Langebek Scriptt. VIII. 219. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 442 et not. Kallii ibidem.

1199.

1199. 5. Octobr. [497.] INNOCENTII (III^tii) papæ bulla, qua omnibus Christi fidelibus in Saxonia et Westphalia et regionibus a septentrione Albis sitis jubet, ut christianos in Livonia contra gentiles tueantur. — *Laterani*, III. nonas Octobr.

Innoc. III^tii epp. ed. Baluzius lib. II. no. 191. p. 460. Gruber Origg. Livon. p. 205. Liljegren Dipl. Svecan. I. no. 114. p. 138—139. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 499.

[498.] Testimonium ABSALONIS archiepiscopi Lundensis et Svethiæ primatis de mansione Alexstathe, monasterio Sorensi per dñum Johannem (Sunonis), fratrem episcopi Roskildensis, pro ducentis marcis "in vadium" posita. — Sine anno.

Kolderup-Rosenvinge Bem. om Panteret i ældre Tider, p. 5—6. Cfr. Langebek Scriptt. IV. 478. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 481. 1199.

[499.] Literæ Willelmi abbatis ad papam: utrum is, de quo nescitur, an sit baptizatus, debeat baptizari, c. pl. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 15. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 483. 484.

[500.] Responsum papæ ad Willelmi abbatis S. Thomæ de Paraclito quæstiones nonnullas circa baptismum. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VI. 15—16. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. VIII. 483. 484.

1200. 1200.

[501.] Innocentii (III^tii) papæ literæ ad Kanutum Daniæ regem de causa sororis ejus, reginæ Francorum, et ut advocatos testesque quam citissime mittat, qui dubium consangvinitatis (reginæ et regis) tollere possent. — *Laterani*, II. cal. Novembr. (pontif. anno III.). 31. Octbr.

[645.] Honorii (III^tii) papæ bulla, qua Andreæ archiepiscopo Lundensi et successoribus ejus in perpetuum primatus in Svecia et jus archiepiscopum Upsalensem inaugurandi confirmatur. — *Laterani*, XVI. cal. Decembr. pontif. anno II. 16. Novbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 172. p. 194. Epit. in Neumanni historia primatus Lundens. p. 168—69. et ap. Lagerbring, Svea Rikes Hist. II. p. 210. not. 2—3.

[646.] Diploma, a Gozelino et Henrico fratribus, comitibus Zwerinensibus, et Nicolao comite Hallandiæ editum, quo villam Szulowe cum attinentibus et omni jure "Hospitali Transmarino" ordinis S. Johannis Baptistæ conferunt et Heinrico procuratori curiæ in Werben (Werden?) atque Jacobo confratri ejusdem curiæ procurandam tradunt. Inter testes subscriptos commemoratur "dapifer regis Daniæ" et "dapifer comitis de Hallant". — *Zwerin*, sine die.

Buchholz Geschichte der Churmark Brandenburg (Berlin 1765. 1.) II. Th. 1. Buch, Anhang von Urkunden no. 12. p. 57—58.

[647.] Gervasii abbatis Præmonstratensis epistola ad præpositum et conventum Burgalensem (o: Börglumensem) de fatis confratris eorum Eskilli, quem Romam miserant. — Sine anno.

Hugonis sacr. antiqu. monum. I. 96—97. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 293—95.

1218. 1218.

[648.] Honorii (III^tii) pontificis Romani ad archiepiscopum Lundensem literæ, in quibus jubet, ut, qui abjectum monachalem habitum resumere nollent, sub gravi custodia coarctentur, ita ut solummodo vita iis misera reservetur, donec a nequitia resipiscant. — *Romæ ap. s. Petrum*, secund. non. Maji, pontif. anno II. 6. Maji.

Lagerbring Svea Rikes Historia II. 158. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 173. p. 195. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 316.

[649.] Honorii (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem et suffraganeos ejus epistola, ut in dioecesibus suis diligenter observent, ne filii presbyterorum et clericorum, quos post statuta Lateranensia turpiter genuerunt, ipsis in hereditate paterna succedant. — *Romæ*, II. non. Maji, pontif. anno II. 6. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 174. p. 195.

[650.] Honorii (III^tii) literæ, in quibus jubet, ut omnes qui ex Teutonia, Boëmia, Moravia, Dacia, Polonia et Pomerania versus Prussiam signum crucis acceperint, episcopo Prussiæ pareant. — *Romæ*, IV. id. Maji, pontif. anno III. (II?) 12. Maji

Acta Borussica I. II^ter Stück, p. 265—67. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 327—28.

1218. 15. Maji. [651.] HONORII (III^tii) papæ ad Lundensem archiepiscopum literæ, "ut in ecclesiis provinciæ (suæ), ubi vicarii perpetui propter tenuitatem ecclesiarum poni non possunt, faciat provideri per illos, ad quos eorum institutio pertinebit, juxta quod fieri consuevit ante concilium generale". — *Romæ*, idib. Maji, pontif. anno secundo.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 751. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 175. p. 196.

16. Maji. [652.] HONORII (III^tii) papæ bulla, qua universi crucesignati Teutoniæ, Boëmiæ, Moraviæ, DACIÆ, Poloniæ et Pomeraniæ, ad subsidium Prutenorum proficiscentes, monentur, ne "lucri temporalis gratia", sed tantummodo "quæ Christi (sunt) quærentes", expeditionem cruciatam suscipiant. — *Romæ*, decimo septimo calend. Junii, pontif. anno secundo.

Voigt Codex diplomaticus Prussicus I. no. VI. p. 8.

16. Maji. [653.] Literæ HONORII (III^tii) papæ, quibus confirmat privilegia etc. ecclesiæ b. Thomæ de Paraclito. — *Romæ*, XVIII. cal. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 148—50.

28. Maji. [654.] Literæ HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem, episcopum Roskildensem et abbatem de Heriwado, de inquirenda veritate tam de vita quam de miraculis Wilhelmi abbatis de Paraclito. — *Romæ apud S. Petrum*, V. cal. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 752—53.

28. Maji. [655.] HONORII (III^tii) papæ ad Lundensem archiepiscopum et suffraganeos ejus literæ, ut sacerdotes et clerici in causis probandis non nisi bonæ famæ viros adhibeant, cum in hac re multos abusus inter clericos Daniæ esse audivisset. — *Romæ*, V. cal. Junii, pontif. anno secundo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 176. p. 196. Cfr. Decretal. II. 19. 12. Raynaldi Contin. Baron. ad h. a. XL.

15. Junii. [656.] HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem (et plures archiepiscopos) literæ, ut viros idoneos ad fidem christianam in Prussia propagandam mittant, et pecunias in sustentationem eorum et in scholarum sumtum colligant, ut in iis scholis filiæ Prussorum, quas ceteroquin parentes necare consveverint, educari possint. — *Romæ*, XVII. calend. Julii, pontif. anno secundo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 177. p. 197—98.

9. Octbr. [657.] Literæ PAPÆ ad regem Waldemarum de terra, quam de paganorum manibus eriperet, regno Daniæ subjicienda. — *Laterani*, VII. idus Octbr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 750—51.

1219 vel ante.

1219 vel ante. [658.] GERVASII abbatis Præmonstratensis literæ, "Cardinali episcopo Londensi" (Andreæ Sunonis) missæ, ut H. abbas de Tumetolph (Tumethorp) "administrationis suæ officio pacifice gaudeat, atque plene, et tam in majori altari, quam ubicunque necesse fuerit, cum ea solemnitate, qua decet prælatum divina officia celebrare".

Hugonis sacra antiqu. monum. Tom. I. p. 108. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 245.

1219.

1219. 26. Maji. [659.] HONORII (III^tii) papæ ad Christianum Prusciæ episcopum literæ, ubi "guerras et inimicitias pestiferas ac mortales" inter "DANORUM REGEM illustrem et O. de Lunemburch nepotem ipsius ex parte una, et nobilem virum marchionem Brandeburgensem ex altera" exortas commemorat, conceditque, ut auctoritate apostolica de matrimonio inter O(ttonem) et

filiam marchionis, in quarto consangvinitatis gradu, dispensare valeat. — *Romæ*, septimo cal. Junii, pontif. anno tertio. 1219. 26. Maji.

Voigt Codex diplomat. Prussicus I. no. XIV. p. 14—15.

[660.] Literæ Honorii (III^tii) papæ ad episcopum Slesvicensem de ecclesiis, in quibus sanguis effunderetur, et de personis quæ ob injectionem manuum violentam excommunicarentur. — *Reate*, (XII.) cal. Augusti (pontif. anno III.) 21. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 753. cfr. p. 317. 318. not. *).

[661.] Literæ Honorii (III^tii) papæ de assertione sponsarum, se consensum in matrimonium non impertitas esse. — *Reate*, X. cal. Augusti, (pontif. an. III.). 23. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 753.

[662.] Honorii (III^tii) papæ ad episcopos: Lubicensem, Szerinensem et Kaskeburgensem (Razeburgensem) literæ, quibus iis injungit, ut inquirant in archiepiscopum Upsalensem et episcopos Sveciæ de Jo. viri nobilis in Svecia in munus regium initiatione post mortem Erici regis, præterito filio Erici regis et nepote Waldemari regis Daniæ; inprimis quærere jubet, num post appellationem Waldemari regis ad pontificem Romanum hoc fecerint, addito mandato, ut archiepiscopum Ups. unumque episcoporum Romam arcessant, in totum vero omnia quæ fecerint sibi reseribant. — *Reate*, VII. id. Augusti, pontif. anno IV. 7. Augusti.

Raynald. Contin. Baron. ad an. 1219. XXIX. Tom. I. p. 461. Gruber Orig. Livon. p. 260.

[663.] Omeri Burglanensis episcopi diploma, quo "tam ex intimæ charitatis affectu — quam ad instantiam piissimi regis nostri Waldemari ejusque benignam recompensam nostræ dioecesis plenarie patefactam", ecclesias Sundby et Hoelsæ (Halsæ) abbati Brandavo et conventui monasterii Viteschol æ assignat. Præsente Waldemaro rege. — *Alburgh*, VII. cal. Octbr. 25. Septbr.

Dän. Biblioth. VI. 165—67. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 345—46.

[664.] Literæ papæ ad Waldemarum regem de peregrinis, qui, se Christi obsequio adscribentes, ad subsidium terræ acquisitionis in Livonia se accingunt, non impediendis. — *Viterbii*, IIII. cal. Novembr. (pontif. anno quarto). 29. Octbr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 753—54. cfr. 312. 368. 755.

[665.] Gunnari abbatis de Öm compositio controversiæ, exortæ inter canonicos Wibergenses et monachos Vitæ Scholæ de divisione pratorum in insula Lesö.

Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. p. 630—31.

1220. 1220.

[666.] Literæ Honorii (III^tii) papæ, quibus capellanum regis Daciæ super defectu natalium, quem sustinebat a soluto genitus et soluta, dispensat. — *Viterbii*, VI. id. Aprilis. 8. Aprilis.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 754.

[667.] Waldemari Danorum Slavorumque regis diploma, quo civibus Lubicensibus libertatem concedit, si apud quascunque partes regni naufragari contigerit, res, quas laboribus et expensis naufragio eripere potuerint, salvas et inconcussas, et a qualibet impetitione liberas habendi. — *Apud Juuishosz*, pridie id. Junii. 12. Junii.

Dreyer Specimen de naufr. p. XLIV—V.

[668.] Literæ Honorii (III^tii) papæ ad episcopum Ripensem, quatenus Christianus quidam, acolitus, in officio remanere posset, licet Saracenos quinque interfecisset. — *Apud urbem veterem*, VII. cal. Octobris. 25. Septbr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 754.

1220. 16. Novbr. [669.] HONORII (III^tii) bulla, qua "ad exemplar prædecessorum, Alexandri et Innocentii" omnibus, regibus, principibus et universis dei fidelibus, qui regnum Daniæ circumhabitant, sub comminatione anathematis prohibetur prædictum regnum invadere vel turbare, vel jura Danorum regis sive hæredum ejus minuere vel usurpare. — *Laterani*, XVI. calend. Decembr. pontif. anno V.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1220. XXXIII. Tom. I. p. 478.

1. Decbr. [670.] Literæ HONORII (III^tii) papæ ad regem Waldemarum, de Gregorio s. Theodori diacono cardinale, in Daniam tanquam legato de latere mittendo. — *Laterani*, II. non. Decembris, (pontif. anno quinto).

Suhm Hist. af Danmk. IX. 755.

29. Decbr. [671.] HONORII (III^tii) papæ ad Waldemarum Daniæ regem literæ, quibus Gregorium de Crescentio, S. Theodori diaconum cardinalem, legatum in Daniam missum, "ut exstirpet nociva et plantet salubria", regi commendat. — *Lateran.*, IV. cal. Januarii, pontif. anno V.

Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. VI. p. 308. Vid. supra no. 169.

31. Decbr. [672.] HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem et ejus suffraganeos prælatosque (ut et ad archiepiscopos et prælatos aliarum provinciarum) literæ, ut legatum sedis apostolicæ Gregorium de Crescentio, S. Theodori diaconum cardinalem, pro dignitate ejus devote excipiant. — *Laterani*, II. calend. Januar. pontif. anno quinto.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 201. p. 217.

[673.] WALDEMARI Danorum regis diploma, quo "ad rogatum fratrum ordinis Prædicatorum et ob dilectionem omnium mercatorum" permittitur, ut in Falsterbode erigatur "signum aliquod discretivum pro vitando periculo navigantium", et ut ligna ad hoc necessaria in regno secentur, prohibeturque "ne quis illud ausu temerario palam vel occulte infringere audeat vel vastare". — Sine anno.

Dreyer Specimen de naufragio p. LXIV. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 828. p. 687. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 373.

1221.

1221. 31. Januar. [674.] HONORII (III^tii) papæ ad Olaum archiepiscopum Upsalensem literæ, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum et censum de Svecia ecclesiæ Romanæ debitum aut Romam aut ad ARCHIEPISCOPUM LUNDENSEM per nuntios mittat. — *Laterani*, II. cal. Febr. pontif. anno V.

Vastovii Vitis aquilon. p. 172. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 207. p. 221.

25. Martii. [675.] HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopos Upsalensem et Lundensem, nec non episcopum Scarensem (et plures aliis locis) literæ, ut nonnullos viros electos, inprimis ex ordine Cisterciensium, Romam mittant, qui ibi ad propagandam fidem christianam inter gentes adhuc ignotas instruantur. — *Laterani*, ... (pontif. anno V.)

Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 208. p. 221—23. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 389.

[676.] JOHANNIS ecclesiæ Wibergensis præpositi compositio controversiæ inter canonicos Wibergenses et monachos Vitæ Scholæ de divisione pratorum in insula Löshö.

Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. p. 636—637.

1222.

1222. 9. Martii. [677.] W(ALDEMARI) Danorum regis diploma, quo "ob reverentiam Dei et sanctæ matris ecclesiæ" canonicis ecclesiæ Lundensis liberam dimittit ab omni jure regio posses-

sionem eorum in Baldunghslef, cum attinentiis, quemadmodum temporibus patris regis et fratris antea habuissent. — *Worthongaburg*, septimo id. Martii. 1222. 9. Martii.

Liljegren Diplomat. Svecan. I. no. 211. p. 224.

[678.] Literæ HONORII (III^tii) papæ ad episcopos Arusiensem et Wendelsusensem de Andrea archiepiscopo, ob incurabilem corporis infirmitatem officii pastoralis cessionem petente. — *Alatri*, VI. calend. Junii. 27. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 756.

[679.] ANDREÆ archiepiscopi Lundensis diploma, quo capitulo Lundensi ecclesiam Sanctæ Mariæ majorem in civitate Lundensi cum omnibus ejus possessionibus dat et confert, pro curia quadam capituli cum ortis et pertinentiis, quam olim dominus Johannes habuisse dicitur. — *Glustorp*, XVI. calend. Julii. 16. Junii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 212. p. 224—25.

[680.] Literæ, quibus TRUMO LAURENSSON, curator *(curatus?)* ecclesiæ Helsingæ, omnia sua bona in Helsinghe sita monasterio s. Thomæ de Paraclito dono dedicat. — *Ebbleholt*, die app. Petri et Pauli. 29. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 150. "Trumonis *plebani* Helsinghe" in diplomate anni 1211 fit mentio. Vid. Langebek Scriptt. VI. 156.

[681.] WALDEMARI Danorum Slavorumque regis, ducis Jutiæ et domini Nordalbingiæ, privilegia, data civibus Ripensibus, "ut ubicunque infra regni terminos eos declinare contigerit negotiandi causa, ne aliquibus angariis prægraventur, nec quicquam ab eis respectu fori vel thelonei exigatur". — Sine anno.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 685. Gruber Orig. Livon. p. 263. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. over Ribe p. 158—59.

[682.] ANDREÆ archiepiscopi Lundensis confirmatio commutationis, ab eo factæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ majoris in civitate Lundensi, cujus jus patronatus possederat, pro una curia cum pertinentiis, adhibito consensu legati sedis apostolicæ Gregorii de Essentio (Crescentio).

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 213. p. 225.

[683.] ANDREÆ archiepiscopi Lundensis diploma, quo notam facit placitationem inter dominum Laurentium et capitulum Lundense factam: quod, cum quereretur, commutationem aliquam bonorum cum Andrea archidiacono "minus provide" (in damnum ecclesiæ) esse factam, Laurentius, ut querelam sopiret, integrum mansum et dimidium in villa Raby majore juxta civitatem (Lundensem) ecclesiæ v. capitulo scotavit, ea conditione, ut reditibus ad vitæ dies frueretur. — *Lundis*.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 214. p. 226.

1223.

[684.] HONORII (III^tii) papæ bulla protectoria, data monasterio Esromensi. — *Laterani*, X. calend. Novembr. 1223. 23. Octbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 99. Cod. Esrom. fol. XLIIIIb.

[685.] HONORII (III^tii) papæ bulla protectoria, data monachis de Sora. — *Laterani*, VI. cal. Novembr. 27. Octbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 99.

[686.] Literæ HONORII (III^tii) papæ ad Henricum ducem Sverinensem, cui, si poena excommunicationis non commoveretur, ut Waldemaro Daniæ regi et filio ejus libertatem restituat, minatur, se contra eum poenas alias excogitari curaturum, "et specialiter imperialem 31. Octbr.

1223. dexteram in exterminium" ejus concitaturum, taliterque vexaturum, "ut ad ultimum poenitebit
31. Octbr. luctamen contra deum et ecclesiam Romanam suscepisse" etc. — *Lateran.*, II. cal. Novembr. pontif. anno VIII.

Skand. Litterat. Selsk. Skrifter 21de Bd. p. 89—92. Epit. ap. Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1223. XXIX. Tom. I. p. 520.

1. Novbr. [687.] HONORII (III^tii) papæ ad Coloniensem archiepiscopum literæ, quibus ei injungit, ut Henrico duci Sverinensi in nomine papæ jubeat, infra mensem, ex eo tempore quo mandatum audiverit, Waldemarum Daniæ regem et filium ejus liberos dimittere, alioquin sublato appellationis obstaculo excommunicare. — *Lateran.*, cal. Novembr. pontif. anno VIII.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1223. XXIV—VII. Tom. I. p. 519. (cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 757). Gruber Origin. Livon. p. 263—64. De literis quas eadem in causa scripsit Honorius III. papa episcopo Lubecensi (IV. non. Novembr.), Frederico II. Rom. imperatori (eodem die) et episcopo Verdensi (II. non. Novembr.), vid. Suhm Hist. af Danmk. IX. 758—59.

2. Novbr. [688.] Literæ HONORII (III^tii), in quibus cives Lubecenses monet, ut fideles erga regem Waldemarum, per Henricum comitem de Zwerin captum, sese demonstrent. — *Laterani*, IV. non. Novembr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 758—59.

[689.] ANDREÆ Lundensis archiepiscopi constitutio, "quod, sive simplices sacerdotes sive episcopi in summo altari b. Laurentii Lundis celebraverint, oblationes quæ ibi fuerint in usus proveniant canonicorum". — *Lundis.*

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. 218. p. 229—30.

[690.] FREDERICI (II^di) imperatoris literæ ad Conradum episcopum Heldesheimensem, quem rogat, ut quibusvis amplissimis conditionibus movere conetur Henricum comitem Sverinensem, ut Waldemarum regem Daniæ et filium ejus, quos comes in custodia detinebat, in manus suas (imperatoris) traderet. — Sine anno.

Schannat Vindemiæ literar. I. 194. Scheid. Origin. Guelf. Tom. IV. p. 100. Gruber Origin. Livon. p. 263. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 443—44.

[691.] Literæ IMPERATORIS ad archiepiscopum Coloniensem, cui jubet, ut regem Daniæ et filium ejus, ab Henrico Sverinensi custodia detentos, in suam potestatem vindicet ("qui rex — multa de bonis imperii occupavit, ad nos et imperium respectum quem debuit non habendo"), et quicquid comiti ab episcopo Erbipolensi promissum esset vel dehinc fuerit, (sub ea conditione ut regem in custodiam archiepiscopi dimitteret) hoc faciat.

Epit. in Meursii Opp. Tom. IX. 387. not. Gramm. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 444.

[692.] Magistri Oliveri, scholastici Coloniensis, epistola ad incolas Frisiæ, in qua DANORUM aliarumque gentium, qui expeditionem navalem in terram sanctam pararent, fit mentio. — Sine anno.

Hugonis sacr. antiqu. monum. I. 472. Cfr. Suhm Hist. af Danmk IX. 452—53.

1224.

1224.

11. Januar. [693.] HONORII (III^tii) papæ ad (Petrum) electum Lundensem epistola, cum qua pallium transmittit, "plenitudinis officii pontificalis insigne". — *Laterani*, III. id. Januarii, pontif. anno VIII.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 760—61. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 221. p. 233. Epit. in Neumanni Hist. primatus Lundensis p. 169—70.

[694.] Honorii (III^tii) papæ ad suffraganeos Lundensis ecclesiæ episcopos (et fere eodem modo ad capitulum Lundense) epistola, ut electum archiepiscopum (Petrum Saxonis) devoto animo accipiant eique debitum officium præstent. — *Laterani*, III. id. Januarii, pontif. anno VIII. 1224. 11. Januar.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 761—62. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 222. p. 234.

[695.] Honorii (III^tii) papæ ad magistrum A(ndream), quondam Lundensem archiepiscopum, et P(etrum) episcopum Roskildensem literæ, ut pallium, electo Lundensi (Petro Saxonis) per magistrum Alberum et Andream presbyterum missum, ei tradant, cum munus consecrationis acceperit, et deinde juramentum ecclesiæ Romanæ nomine ab eo accipiant. — *Laterani*, III. id. Januarii, pontif. anno octavo. 11. Januar.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 760. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 220. p. 232—33.

[696.] Honorii (III^tii) papæ bulla ad "omnes Christi fideles per regnum Daciæ constitutos", de canonizatione Willelmi abbatis sancti Thomæ de Paraclito, de cujus sanctitate diligenter inquiri curaverat per archiepiscopum Lundensem, P. episcopum Roschildensem et abbatem de Ervado Cisterciensis ordinis. — *Laterani*, XII. calend. Febr. pontif. anno VIII. 21. Januar.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1224. XXX—XXXII. Tom. I. p. 538—39. Langebek Scriptt. VI. 150—152 (cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 762.). Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 223. p. 234—36.

[697.] Honorii (III^tii) papæ ad omnes Christi fideles per Daciam et Sveciam constitutos literæ de canonizatione Wilhelmi abbatis sancti Thomæ de Paraclito, indulgentias XL dierum promittentes iis, qui devote ad ecclesiam ejus subsidium imploraturi accesserint. — *Laterani*, IV. calend. Februar. pontif. anno VIII. 29. Januar.

Langebek Scriptt. VI. 153. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 224. p. 236—37.

[698.] Honorii (III^tii) papæ ad (Benedictum) episcopum Scarensem et (Petrum) electum Lundensem epistola, qua iis mandatur, ut (Olavum), eousque episcopum Strengnesensem, ecclesiæ Upsalensis archiepiscopum constituant. — *Laterani*, IV. id. Februarii, pontif. anno VIII. 10. Februar.

Vastovii Vitis aquilon. p. 174. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 225. p. 237—38.

[699.] Honorii (III^tii) papæ ad Andream quondam archiepiscopum Lundensem literæ, quibus ei licentiam dat absolvendi eos, qui sunt de ejus speciali familia, et qui fundos Lundensis ecclesiæ ad provisionem ejus (archiepiscopi) assignatos inhabitant. — *Laterani*, XV. calend. Martii, pontif. anno VIII. 15. Februar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 226. p. 238.

[700.] Honorii (III^tii) papæ ad episcopum Roskildensem literæ, quibus officium crucis in provincia Lundensi prædicandæ ei committit. — *Laterani*, III. calend. Martii, pontif. anno VIII. 28. Februar.

Skand. Literat. Selsk. Skr. 21de B. p. 11—14.

[701.] Transactio inter comitem Albertum de Orlamunda et magnates Danos: Buronem pincernam, Scozionem marschallum, Johannem marschallum, et Trugillum dapiferum ex una, et Henricum de Sverin et plures principes Germanos ex altera parte, de liberatione Waldemari regis et filii ejus. — Mense Julio, IV. non. Julii, indictione XII. 4. Julii.

Scheid. Origin. Guelf. Tom. IV. Præfat. p. 85—87. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 289—92.

[702.] Literæ Honorii (III^tii) papæ ad archiepiscopum Bremensem de invasione, per vasallos ipsius et Waldemarum (quondam episcopum) Slesvicensem in regnum Waldemari (regis) facta. — *Laterani*, II. calend. Aug. 31. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 759—60.

1224. 31. Decbr. [703.] Bulla HONORII (III^tii) papæ, qua Guillelmus Mutinensis episcopus cum auctoritate legati sedis apostolicæ ad evangelizandum in Livonia et Prussia, nec non in "Holzeten, Hestonia, Semigallia, Samblandia, Curlandia, Wirlandia, et in insulis: Gulandiæ, Burgundomlinæ *(Bornholm)*, Rivæ *(Ruiæ?)*, Gothlandiæ" constituitur, adjecto mandato ad omnes præsules et populos harum regionum, ut ei debita officia præstent. — *Laterani*, II. calend. Januarii, pontif. Honor. III. anno IX.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1224. XXXVIII. Tom. I. p. 541. Gruber Origin. Livon. p. 265—66.

[704.] GUNNARI episcopi Ripensis literæ, quibus declarat, Johannem sacerdotem, canonicum Ripensem, monachis de Loco Dei omnem terram, quam habuit in Withstedt, scotasse. — "Datum anno gratiæ MCCXXIIII."

Langebek Scriptt. VIII. 237. Hæ literæ, etsi eas et Suhmius (Hist. af Danmk. IX. 479.) et Kallius (ibid. p. 762) ad ann. 1224 referunt, ad annum post 1230, quo demum anno Gunnerus factus est episcopus Ripensis, sunt referendæ. Ad annum 1234 (vel 1244?) sine dubio pertinent.

1225.

1225. 10. Augusti. [705.] HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem epistola, qua pluribus consultationibus ejus respondet: 1. de missæ celebratione secundum ritum ecclesiæ Romanæ ad latores epistolæ eum allegat. 2. Monachum in apostasia aliquem sacrum ordinem recipientem non posse in hoc ordine ministrare sine dispensatione papæ. 3. Posse archiepiscopum et in sua et in aliena dioecesi "absque pallio et sandaliis celebrare", neque domi cum pallio celebrare debere nisi diebus, qui in privilegiis ecclesiæ ejus sint expressi. — *Reate*, IV. id. Augusti, pontif. anno decimo.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1225. XVII. Tom. I. p. 549. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 234. p. 243—44.

12. Augusti. [706.] HONORII (III^tii) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi permittitur per quinque annos incendiarios absolvere, et eos, qui in personas ecclesiasticas manus injecissent, nisi quorum enormis fuerit excessus. — *Reate*, II. id. Augusti, pontif. anno X.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 237. p. 245.

17. Novbr. [707.] Transactio super liberatione WALDEMARI REGIS et filii ejus. — XV. cal. Decbr.

Scheid. Origin. Guelf. Tom. IV. præfat. p. 87—89. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 293.

[708.] N(ICOLAI) episcopi Roskildensis privilegia, capitulo Roskildensi data. — Episcopatus anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 100.

1226.

1226. 9. Junii. [709.] Literæ HONORII (III^tii) papæ ad Fridericum Romanorum imperatorem, de reddendis obsidibus et pecuniis Henrico comiti Zverinensi a rege Waldemaro pro libertate datis. — *Laterani*, V. id. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 763—65.

9. Junii. [710.] HONORII (III^tii) papæ literæ ad Henricum comitem Zverinensem, quibus jubet obsides et pecunias, quas pro libertate Daniæ regis extorserit, sine omni retardatione restituere. — *Laterani*, V. idus Junii, pontif. anno X.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1226. LIII. Tom. I. p. 580. Meursii Opp. Tom. IX. 390. not. Gramm. Gruber Origin. Livon. p. 264—65. Epitome ap. Scheid. Orig. Guelf. Tom. IV. p. 18. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 765. 1226.

[711.] Literæ HONORII (III^tii) papæ, quibus capitulo Roskildensi indulget, ut ad recipiendum in ecclesiæ Roskildensis canonicos personas, defectum natalium patientes, nemo capitulum cogere possit. — *Laterani*, III. id. Junii (pontif. anno decimo). 11. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 766.

[712.] Literæ WALDEMARI Daniæ regis ad papam Romanum, quem rogat, ut jusjurandum, quod in vinculis "vi inductus" præstiterat, relaxare velit. — Sine anno. ante 26. Jun.

Epit. in: Meursii Opp. Tom. IX. 389—90. not. Gramm.

[713.] Literæ HONORII (III^tii) papæ, quibus Waldemarum regem a juramento, Henrico comiti de Zuerin præstito, absolvit. — *Laterani*, VI. cal. Julii. 26. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 765—66. De eadem re jam die proxime præterito literas scripsit papa episcopo Verdensi et abbati de Lima, vid. Suhm l. c. p. 766.

[714.] HONORII (III^tii) papæ privilegia, data fratribus monasterii Othiniensis b. Mariæ et martyrum S^ti Canuti et S^ti Albani. — *Laterani*, XVIII. calend. Decembr. 14. Novbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 101. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 526.

[715.] WALDEMARI regis confirmatio terminorum, quos inter Thyurlund, Colby et Gethathvet XII. viri juraverunt. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 101. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 526.

[716.] GUILHELMI Mutinensis episcopi, apostolicæ sedis legati, confirmatio constitutionis Andreæ archiepiscopi Lundensis et episcoporum Lincopensium de visitatione insulæ Gotlandiæ (vid. supra no. 632.). — *Wiisby*.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 837. p. 693.

1227. 1227.

[717.] HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem mandatum: ut vitia subditorum suorum tam clericorum quam laicorum, præsertim nefarios coitus cum personis consangvinitate junctis et crimina bestialitatis, compescere conetur. — *Laterani*, II. non. Februar. pontif. anno XI. 4. Februar.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 767. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 212. p. 218—19.

[718.] HONORII (III^tii) papæ ad archiepiscopum Lundensem epistola, qua ei permissionem dat nonnullos subditorum suorum, qui excommunicati sacros ordines susceperant, dispensandi. — *Laterani*, II. non. Februarii, pontif. anno XI. 4. Februar.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 766—67. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 213. p. 219.

[719.] A(lberti) Rigensis episcopi, V(olquini) magistri fratrum militiæ et civium Rigensium ceterorumque Teutonicorum in Livonia ad burgenses Lubicenses literæ, ubi protestantur, se nunquam cum REGE DANORUM et DANIS pacem facturos nisi inclusis Lubicensibus, rogant, ut idem ipsi facere velint. — *(Riga)* sine anno.

Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenb. II. no. X. p. 28.

[720.] EGGERI (leg. TYONIS) episcopi Ripensis literæ collationis, fratribus Loci Sti de ecclesia Daler datæ. — *Woghnelund*, anno ab incarnatione domini MCCXXVII.

Langebek Scriptt. VIII. 132. — In duobus harum literarum exscriptis, ex alio fonte haustis, quæ in Diplomatario Langebekii asservantur, nomen episcopi *Tugo* vel *T.* scribitur. Et sane ecclesia Daler ante festum coenæ domini an. 1228 monasterio Lygumensi erat collata. Vid. literas capituli Ripensis, dat. in coena domini an. 1228, ap. Langebek Scriptt. VIII. 134—35.

1227—1228.

1227—28.

[721.] Alberti Orlamundani ad Honorium papam III^tium literæ supplices, ut a jurejurando solveretur, quod Henrico Swerinensi (cum WALDEMARUM DANIÆ REGEM carcere liberare voluerat) captus pro libertate præstiterat: nunquam se castrum Lauenburgense, quod Henrico dimiserat, repetiturum fore. — Sine anno.

Schannat Vindemiæ literariæ Collectio I. 196. Staphorst Hist. eccl. Hamburg. I. Th. 2. Bd. p. 128—29. Gruber. Origin. Livon. p. 251—52. Epit. in Meursii Opp. Tom. IX. 388. not. Gramm. et ap. Scheid. Origin. Guelf. Tom. IV. p. 101. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 549—50.

1228.

1228.

22. Febr. [722.] GREGORII (IX^ni) papæ privilegia, data monachis de Sora. — *Laterani*, VIII. cal. Martii, indictione I. incarn. dominicæ ann. MCCXXVII. pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 104—108.

22. Febr. [723.] GREGORII (IX^ni) papæ literæ ad abbatem et fratres ecclesiæ S^tæ Mariæ in Esrom datæ, quibus monasterii privilegia et possessiones confirmat. — *Laterani*, VIII. cal. Martii, indict. I. incarn. dominicæ anno MCCXXVII. pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magr. I. p. 108—112. Langebek. Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XI.

23. Martii. [724.] Literæ CAPITULI CANONICORUM S^tæ MARIÆ RIPENSIS ECCLESIÆ, quibus collationes bonorum, monasterio Loci Dei ab episcopis Ripensibus factas, confirmat. — *Ripis*, in cena domini.

Langebek Scriptt. VIII. 134—135.

16. Julii. [725.] WALDEMARI regis literæ, quibus civibus Bremensibus libertatem concedit, naves et res eorum, quas naufragio eripere possint, libere retinendi. — *Apud Sleswyk*, XVII. cal. Augusti, indictione prima (sine anno).

Cassel Nachr. von Bremisch. Freiheits-Briefen p. 7.
Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 219. 550. 573. 777.

13. Septbr. [726.] WALDEMARI regis privilegia, data Burgensibus de Brunsvic, quos sub protectione sua suscipit, libertates a telonio concedit, et, si naufragium pati contigerit, liberam possessionem omnium earum rerum, quæ de naufragio salvare possent. — Id. Septembr.

Bünting et Letzner Brunsw. Lüneb. Chronik ed. Rehtmeier Tom. I. p. 468. Scheid. Orig. Guelf. Tom. IV. p. 111—12. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 104.

3. Decbr. [727.] GREGORII (IX^ni) papæ literæ, quibus viduæ Henrici comitis de Sverin injungit, ut filios regis Daniæ et nepotem ejus Ottonem de Brunsvich libertati restituat. — *Perusii*, III. non. Decembr. pontif. anno secundo.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. IV. Præfat. p. 90.

[728.] WALDEMARI regis constitutio, pro Fionensibus edita, de helghæbrot. — *Wardinghburgh.*

Ancher Lovhistorie I. 598—99.

1229.

1229.

13. Febr. [729.] GREGORII (IX^ni) papæ mandatum, quo archiepiscopo Nidrosiensi et Bergensi negotium super coronatione H(aconis) regis Norvegiæ inquirendi demandatur, antea ARCHIEPISCOPO LUNDENSI et Skarensi episcopo commissum. — *Perusii*, id. Febr. pontif. anno II.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 252. p. 255.

[730.] WALDEMARI Danorum Slavorumque regis privilegium, datum visitatoribus ordinis Cisterciensis, ut, quoties ad regnum venerint, apud exactores et villicos regios vitæ necessaria gratis habeant, et ab exactione telonei liberi sint. — VI. non. Martii. 1229. 2. Martii.

Henriquez Menolog. Cisterc.; privilegg. p. 235. Manrique Annall. Cisterc. IV. 391. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 586.

[731.] GREGORII (IX^ni) papæ bulla, qua donationem dimidietatis juri regio in civitate Ripensi debitæ, tribus reditibus, Forband *(for Baud?)*, Wrec et quadraginta marcarum, exceptis, sedi episcopali Ripensi factam per Kanutum (VI.) regem confirmat. — *Lugdun.*, X. calend. Augusti, pontif. anno tertio. 23. Julii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 177. Hæc bulla ad ann. 1274 referenda et Gregorio X^mo papæ tribuenda esse videtur; vid. Suhm Hist. af Danmk. IX. 585—86.

1230. 1230.

[732.] WALDEMARI regis literæ, quibus episcopis Roskildensibus insulam Saltholm donat. — *Wordingburgh*, calend. Augusti. 1. Augusti.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 117.

[733.] B(aldvini) monachi de Alva, poenitentiarii et nuntii Othonis cardinalis et legati sedis apostolicæ, pactio cum parte Curonum, qui religionem christianam acceperant, ut tantummodo sub imperio pontificis Romani et episcopi essent, immunes autem a potestate DANORUM et Svecorum. — Die innocentum. 28. Decbr.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1230. p. 386—87. Gruber Origin. Livon. p. 267—68. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 768.

[734.] WALDEMARI Danorum regis diploma, quo Guncelino comiti Swerinensi VII mille marcas argenti stipulatur pro liberatione filiorum suorum Erici, Abelis et Christophori. — *Slesevic*, indictione III.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. IV. Præfat. p. 89—90. Münter Om Ridderordener p. 116—18.

[735.] WALDEMARI junioris, Danorum Sclavorumque regis, confirmatio super Huseby et Schetheruth, fratribus Esromensibus a Nicolao Grevesun venditis. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 115. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXXI^b. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 596.

1230—1232. 1230—32.

[736.] OTTONIS, S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis, apostolicæ sedis legati, literæ indulgentiarum quadraginta dierum, datæ iis, qui ecclesiæ B. Johannis domus pauperum leprosorum Lundensis restaurandæ manum porrexerint caritatis. — *Lundis*, X. calend. Augusti. 23. Julii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 838. p. 693—94.

1231. 1231.

[737.] GREGORII (IX^ni) papæ bulla, priori et fratribus hospitalis Hierosolymitani in Dacia missa, qua iis possessionem ecclesiæ b. Eskilli martyris et pontificis de Tunæ, cum bonis ei addictis in Aby et Arby, confirmat. — *Reate*, VIII. id. Septembr. pontif. anno V. 6. Septbr.

Lagerbring Svea Rikes Historia II. 156. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 839. p. 694.

[738.] GREGORII (IX^ni) papæ ad episcopos Bergensem et Stavangrensem, et abbatem St. Mariæ de Stanleya, Cisterciensis ordinis, literæ, quibus iis injungit, ut "super electione, 9. Septbr.

1231. 9. Septbr. conditione ac statu personæ regis Norvegiæ" diligenter inquirant, sibique referant, ut deinde supplicationem regis de coronatione audire posset; scribit nimirum se ARCHIEPISCOPO LUNDENSI et episcopo Scarensi hoc negotium antea mandasse, sed mortem eos et deinde archiepiscopum Nidrosiensem, quem cum episcopo Bergensi idem perficere jusserat, in re perficienda impedivisse. — *Reate*, V. id. Septembr. pontif. anno V.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1231. XLIV. Tom. II. p. 47. Manrique Annal. Cisterc. IV. p. 426. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 260. p. 260—61.

1232.

1232.

5. Februar. [739.] GREGORII (IX^ni) papæ bulla, "prioribus et fratribus ordinis Prædicatorum in regno Daciæ constitutis, prædicantibus contra perfidiam Prutenorum", missa, qua omnibus, qui ad solemnem prædicationem eorum accesserint, viginti dies de injuncta iis penitentia relaxantur, incendiariis et qui violentas manus clericis imposuissent ideoque excommunicati fuissent, si pro defensione fidei contra Pruthenos accesserint, absolutio promittitur etc. — *Reate*, non. Februarii, pontif. anno V.

Bring Handlingar oc Påminnelser III. 193—94. Liljegren Dipl. Svecan. I. no. 263. p. 265.

11. Febr. [740.] GREGORII (IX^ni) papæ confirmatio foederis, a fratre B(alduino) monacho Alvensi, Othonis cardinalis et legati poenitentiario et nuntio, cum Curonibus et rege eorum, nuper in ecclesiam susceptis, initi, quo diplomate etiam "indigenis de Gothlandia" plenam libertatem a dominio regni Daciæ vel Sveciæ, "quamdiu eos apostatare non contigerit", concedit. — *Reate*, III. id. Februarii, pontif. anno V.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1232. III—IV. Tom. II. p. 54—55.

16. Febr. [741.] GREGORII (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem et Upsaliensem, et episcopum Auinionensem (sic) epistola, qua iis injungit, omnes eos, qui in civitate et dioecesi Strengnesensi ecclesias et ecclesiasticas personas violaverant, absolvere, cum satisfactionem et poenitentias iis injungendas præstiterint. — *Avinion.* XIIII. cal. Martii, pontif. anno V.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 264. p. 266—67.

16. Febr. [742.] GREGORII (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem et Upsalensem et episcopum Avinionensem epistola, de "reprimendis insolertiis transgressorum et transgressionibus insolertium refrenandis". — *Avinion.*, XIV. calend. Martii, pontif. anno qùinto.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 265. p. 267.

2. Junii. [743.] WALDEMARI regis diploma, quo privilegia capituli Lundensis auget, "sex hafnas attinentes mensæ canonicorum" liberas ab omni gravamine expeditionis dimittens. — *Hvæthen*, quarto non. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 769. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 266. p. 267—68.

3. Decbr. [744.] GREGORII (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem epistola, ut liceat brachium seculare invocare ad compescendam violentiam nonnullorum clericorum, qui ad canonicam disciplinam evitandam invicem alius alii auxilium ferre promiserant, ne ab archiepiscopo puniri possent. — *Anagniæ*, III. non. Decembr. pontif. anno sexto.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 277. p. 273—74.

3. Decbr. [745.] GREGORII (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, ut liceat ei absolvere religiosos et clericos provinciæ suæ seculares, pro injectione manuum in religiosos, pro detentione concubinarum, incendiis, rapinis et sacrilegiis, si excessus non graves et enormes fuissent, tum enim Romam esse mittendos. — *Anagniæ*, III. non. Decbr. pontif. anno VI.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 278. p. 274—75.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES

[746.] Gregorii (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, de ordinatione presbyterorum et diaconorum per manuum impositionem, et de modo supplendi, si quid in hac re prætermissum fuisset. — *Anagniæ*, V. idus Decembr. pontif. anno VI. 1232. 9. Decbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 279. p. 275.

[747.] Kong Heinrich (Erik Plovpenning) af Danmarks Beskyttelsesbrev for Cölns Borgere, hvorved disse tilsiges lige Beskjermelse med Kongens egne Undersaatter. — Dat. anno 1221. (Plattydsk).

Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenb. II. no. XII. p. 43. Hæ literæ, ut anno 1232 datæ sint, necesse est. Neque enim ante hunc annum datæ esse possunt, cum Ericus ipso hoc anno rex factus sit (vid. Suhm Hist. af Danmk. IX. 618); neque post hunc annum, quia in literis hujus anni, quas idem Ericus civibus Susatiensibus dedit (vid. infra no. 748), earum jam mentio facta est.

[748.] Erici (Plovpenning) Daniæ regis privilegium, quo cives Susatienses a jure naufragii per quascunque regni Daniæ partes eximuntur; jus præterea hæreditarium et in universum eadem privilegia, quæ Coloniensibus data erant, conceduntur.

Haeberlin Analecta med. ævi p. 226—28. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 299. Epit. ap. Sartorium, Gesch. der Hanse ed. Lappenb. II. no. XII. p. 43.

[749.] Literæ, quibus Johannes, Ebbonis filius, regis Danorum marscalcus, notum omnibus facit, se canonicis in Ebbleholt mansionem in Kirkærop scotavisse.

Langebek Scriptt. VI. 153—54.

1233. 1233.

[750.] Gregorii (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem epistola, de stipendio in sustentationem clerici cujusdam, qui propter cædem furis cujusdam in ordine manere non potuit. — *Laterani*, IV. non. Julii, pontif. anno VII. 4. Julii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 280. p. 275—76.

[751.] Literæ Waldemari regis de consuetudine quadam circa jurisdictionem in villis, quæ Huseby dicebantur, observata inter regem et ecclesiam Ripensem. — *Worthingburgh*, pridie non. Octbr. 6. Octbr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 769.

[752.] Literæ Gunneri episcopi Ripensis de conventione, facta inter parochianos de Tundær et de Andaflyth, de servitiis, quæ debentur curiæ episcopali. — II. cal. Decbr. 30. Novbr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 769—70.

1234. 1234.

[753.] Waldemari regis literæ, quibus monachis de Sora concedit libertatem ab omni gravamine atque jure regio in prædiis, pro possessionibus monasterii in Snerthinghe et C marcis argenti. — *Moxuetsund* (rect. *Maxuetsund*), IX. cal. Junii. 21. Maji.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 117.

[754.] Gregorius (IX^nus) præposito, decano et cantori Halberstadensi mandat, ut regem Datie moneant et efficaciter inducant, ut Lubecensem portum aperiri et peregrinos libere pertransire permittat. — *Spoleti*, III. cal. Septembr. pontif. anno octavo. 30. Augusti.

Michelsen Urkundensamml. I. p. 37—38. Cfr. Raynaldi Contin. Baron. ad ann. 1231. XLVI. Tom. II. p. 111.

[755.] Epistola Gregorii (IX^ni) papæ ad regem Norvegiæ, in qua rogat et monet, ut episcopo Hamarensi de damnis et injuriis debitam satisfactionem concedat; alioquin mina- 5. Octbr.

1234. 5. Octbr. tur, se archidiacono Lundensi et abbati de Herviado (Herivado) Lundensis dioeceseos jussurum, ut eum, appellatione remota, censura ecclesiastica coërceant, "brachii secularis auxilio ad hoc, si opus fuerit, nihilominus invocato". — *Perusii*, III. non. Octobr. pontif. anno VIII.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. p. 26. Epit. ap. Raynald. Contin. Baron. ad an. 1234. XLVII. Tom. II. p. 114.

25. Octbr. [756.] GREGORII (IX^ni) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi et suffraganeis imperat, ut invasores bonorum monasterii de Sora laicos excommunicent, clericos ab officio suspendant, donec læsis satisfecerint. — *Perusii*, VIII. cal. Novembr. pontif. anno octavo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 121.

25. Octbr. [757.] GREGORII (IX^ni) papæ privilegium, monachis de Sora datum, ne ultra duas dietas a proprio suo monasterio super bonis istius per literas apostolicas trahantur in causam. — *Perusii*, VIII. calend. Novembr. pontif. anno octavo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 123.

27. Octbr. [758.] GREGORII (IX^ni) papæ literæ, quibus episcopo Ripensi, priori S^ti Nicolai et archidiacono Ripensi imperat, ut illos, qui per provinciam Lundensem injustas sententias tulerint in abbates et fratres ordinis Cisterciensis, ad satisfaciendum cogant. — *Perusii*, VI. calend. Novembr. pontif. anno octavo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 118.

27. Octbr. [759.] GREGORII (IX^ni) papæ privilegium, ut fratres de Soræ hominibus, ad ejusdem monasterii servitium commorantibus, qui non possunt de facili suorum habere copiam sacerdotum, sacramenta exhibere valeant. — *Perusii*, VI. calend. Novembr. pontif. anno octavo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 124.

27. Octbr. [760.] GREGORII (IX^ni) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi et suffraganeis ejus aliisque prælatis imperat, ut invasores monasterii Esromensis laicos excommunicent, clericos vero ab officio suspendant, donec fratribus satisfecerint. — *Perusii*, VI. calend. Novembr. pontif. anno octavo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 124. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XVI^b—XVII.

31. Octbr. [761.] GREGORII (IX^ni) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi et suffraganeis ejus nec non aliis prælatis provinciæ Lundensis injungitur, invasores vel malefactores monasterii Loci Dei laicos excommunicationis sententia, clericos suspensione ab officio vel beneficio, coërcere. — *Perusii*, II. calend. Novembr. pontif. anno VIII.

Langebek Scriptt. VIII. 190.

31. Octbr. [762.] GREGORIUS (IX^nus) papa monasterium Loci Dei et ejus possessiones sub sua protectione suscipit ejusque privilegia confirmat. — *Perusii*, II. calend. Novembr. pontif. anno octavo.

Langebek Scriptt. VIII. 191. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 640. 770.

8. Decbr. [763.] GREGORII (IX^ni) papæ privilegium, ut fratres, quibus pro causis monasterii Sorensis cum literis sigillo abbatis munitis destinari contigerit, admitti possint, licet sigillum archetypon non habeant. — *Perusii*, V. id. Decembr. pontif. anno octavo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 126.

1235.

1235.

10. Martii. [764.] GREGORIUS (IX^nus) archiepiscopo Bremensi, decano Zwerinensi et abbati Reineueldensi mandat, ut episcopo Razeburgensi et ejus collegis, judicibus a papa in causa

contra regem Daciæ propter portum Traueminne a rege obstrusum constitutis, injungant, ne ulterius in hac causa procedant. — *Perusii*, VI. id. Martii, pontif. anno octavo. 1235. 10. Martii.

Michelsen Urkundensamml. I. 36.

[765.] Gregorii (IX^ni) papæ literæ, quibus episcopo Ratisponensi injungit, ut Henricum (regem Germaniæ), anathematis vinculis irretitum, ex canonum præscripto solvat, "sufficienti ab eo prius cautione recepta, quod militibus Danis, ab obsequio Romanæ ecclesiæ redeuntibus ...., quos fecit bonis suis .... spoliari, satisfaciat competenter". — *Perusii*, cal. Augusti, (pontif. anno IX.). 1. Augusti.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1235. X. Tom. II. p. 121.

[766.] Gregorii (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, cum quibus (per nuntios archiepiscopi Th. et Andream canonicos Lundenses) pallium archiepiscopo Upsalensi tradendum ei mittit. — *Viterbii*, XVI. calend. Januar. pontif. anno IX. 17. Decbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 292. p. 285—86. Suhmius has literas ad ann. 1236. refert (Hist. af Danmk. IX. 668).

1236. 1236.

[767.] Gregorii (IX^ni) papæ ad Guilielmum episcopum olim Mutinensem literæ, jubentes dissensionem inter Daniæ regem et equites Teutonicos de arce Reualiæ (quam primum rex Daniæ expugnaverat, deinde a paganis iterum subactam equites Teutonici eorum potestati eripuerant) ita dirimere, ut rex arcem teneat, expensas vero ordini Teutonico refundat. — *Viterbii*, IV. id. aprilis, pontif. anno X. 10. Aprilis.

Vastovii vitis aquilon. p. 175—76. Gruber Orig. Livon. p. 273. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 666. 676.

[768.] Waldemari Danorum Slavorumque regis diploma, quo possessiones, quas fratres monasterii Vitæscholæ "a tempore generalis concilii" nacti erant, iis confirmat. — *Samsö*. V, calend. Junii. 28. Maji.

Dän. Biblioth. VI. 156.

[769.] Literæ Waldemari regis ad habitatores Harthæsysæl de solutione denariorum illorum, "qui de aratris debentur pro fabrica", ab omnibus, et laicis et clericis et claustralibus, præstanda.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 772. cfr. 661.

[770.] Gunneri, episcopi Ripensis, privilegium canonicis Ripensibus datum, quo omnes villicos et colonos eorum, in civitate vel extra civitatem habitantes, ab impetitione juris episcopi pro causis Hælægbröth et violatione dierum festorum liberos esse concedit, nulli nisi dominis suis de his causis responsuros. — *Ripis*.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 178.

1237. 1237.

[771.] "Waldemarus secundus" rex confirmat privilegia, fratribus Esromensibus a regibus Waldemaro (I.) et Kanuto (VI.) concessa. — *Roskildis*, prid. id. Martii. 11. Martii.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 127. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLVI.

[772.] Gunneri episcopi Ripensis testimonium de Ketilli Arth. scotatione bonorum suorum in Sæthe marck et Lythersholm marck, monachis de Löghum facta. — *Apud Löghum*, XVIII. calend. Maji. 11. Aprilis.

Langebek Scriptt. IX. 221.

1237. [773] GREGORII (IX^ni) papæ ad Guilielmum olim Mutinensem episcopum literæ,
13. Maji. jubentes ei omnia, quæ in ejus potestate essent, conari, ad placandum regem Daniæ cum fratribus Teutonicis, in primis de castro Reuel. — *Viterbii*, III. id. Maji, pontif. anno XI.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1237. LXV. Tom. II. p. 177. Gruber Orig. Livon. p. 273. Epit. in Meursii opp. Tom. IX. 396—97 not. Gramm.

4. Julii. [774.] Literæ ERICI (Plovpenning) regis, quibus declarat, se pro dimidia fabrica, quam in civitate Ripensi prius habuit episcopus Ripensis, eidem assignasse censum aratrorum in Harthæsysæl, Almundsysæl, et Warwithsysæl cum oppidis Warwith et Læmvich. — *Kalundburgh*, 4. non. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 771.

10. Augusti. [775.] Literæ PAPÆ ad Wilhelmum, legatum ipsius, de castro, quod Revalia nominatur, per fratres militiæ Christi in Livonia occupato, regi Waldemaro restituendo. — *Viterbii*, IV. id. Augusti,

Suhm Hist. af Danmk. IX. 677—78. not.

11. Augusti. [776.] GREGORII (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, ut liceat episcopo Roskildensi, executori testamenti Esberni militis, hujus testamentum executioni mandare, etsi mater ejus Margarita, quasi legitima hæres ("juxta pravam illius terræ consvetudinem, quæ abusus potius dici potest, videl. quod si probatur per XII testes, qui nominati dicuntur, quod decedens aliquid in testamento alicui non dimisit, testamentum decedentis non valet, licet contrarium per autenticas literas et idoneos testes probetur") legalem protulisset exceptionem, (dederat nimirum multa bona sua pauperibus et piis locis). — *Viterbii*, III. id. Augusti, pontif. anno XI.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 297. p. 289.

[777.] ERICI (Plogpenning) dei gratia Danorum Slavorumque regis literæ, Warwithsysel in habitantibus scriptæ, "quod in nullo volumus diminuere navigia domini episcopi Ripensis, sed ea manere volumus illæsa, sicut jam dudum dilectus pater noster et nos per nuntios nostros sibi fecimus assignari et annotari". — Sine anno.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 682. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 673—74.

1238.

1238.

15. Januar. [778.] GREGORII (IX^ni) papæ ad Lundensem et Upsaliensem archiepiscopum literæ, ut cessionem episcopi Skarensis (Stenaris) vice apostolica accipiant, et provideant, ut de reditibus episcopalibus sustentationem accipere possit. — *Laterani*, XVIII. cal. Febr. pontif. anno XI.

Vastovii vitis aquilon. p. 176. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 299. p. 291.

3. Febr. [779.] GUNNERUS episcopus Ripensis declarat, se a fratribus Loci Dei fundum quendam Ripis situm accepisse, "ut in eo de sumptu nostro ædificia poneremus et ad dies nostros ad voluntatem nostram disponeremus ... hac interveniente conditione, ut post dies nostros præfatus fundus, cum suis ædificiis et omnibus bonis ibidem inventis, eorum usibus cederet in perpetuum". — *In Loco Dei*, tertio nonas Februarii, anno pontificatus octavo.

Langebek Scriptt. VIII. 242.

13. Martii. [780.] GREGORII (IX^ni) papæ ad regem Daciæ literæ, quibus ei licentiam dat, nobiles regni ejus, qui signum crucis assumserant ideoque officia debita regi præstare detrectaverant, "ad servitia debita et consveta compellere, non obstante quod iidem sint crucis charactere insigniti". — *Laterani*, III. id. Marti, pontif. anno XI.

Skand. Literat. Selsk. Skrifter, 21. Bd. p. 7.

[781.] Compositio inita inter WALDEMARUM regem et ordinem Theutonicum. — *Stenby*, VII. id. Junii. 1238. 7. Junii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 301—303. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danmarks Riges Krön. p. 201—2, ubi hæc compositio VII^mo idus Maji facta esse dicitur.

[782.] Literæ GREGORII (IX^ni) papæ, quibus duci Pomeraniæ concedit, ut neptem regis Waldemari in matrimonium ducat. — *Anagniæ*, II. non. Septembr. 4. Septbr.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 772—73.

[783.] TYCHONIS DJEGN, canonici Lundensis, testamentum, quo ecclesiæ b. Laurentii in Lundis, ecclesiæ b. Clementis Ar(usiensi), ecclesiæ Köpingh et ejus sacerdoti, fratribus prædicatorum Lundis etc. bona sua legat. — Quinta feria post Egidii abbatis. 2. Septbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 301. p. 292—93. Ex sententia Langebekii testamentum hoc ad annum 1338 fortasse referri debet.

[784.] T(UCHONIS) episcopi Slesvicensis literæ ad V(ffonem) archiepiscopum Lundensem, de causa, quæ versabatur inter claustrales de Loco Dei et dominum Ubbonem (Thordonis filium), ab ipso judicata. — *Apud Jönewath*, III. idus Septembris. 11. Septbr.

Langebek Scriptt. VIII. 231.

[785.] GUNNERI episcopi Ripensis testimonium, quandam terram juxta Jotenwath in Bekel, de qua lis erat inter monasterium Loci Dei et dominum Ubby Tordtssen, monasterio per episcopum Slesvicensem adjudicatam esse, "sed .... domino Ubby Tordssen legitime citato se per contumaciam absentante". — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 230.

[786.] Literæ, quibus abbates Cistercienses, *G.* de Herivado, *J.* de Vitæ Schola, *M.* de Cara Insula, *S.* de Tuta Valle, *P.* de Insula Dei et *T.* de Asylo, sententiam T. episcopi Slesvicensis (vid. no. 784.) in causa prædicta latam, approbant. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 220. Suhmius has et proxime sequentes literas ad ann. 1215 refert (Hist. af Danmk. X. 54.).

[787.] EORUNDEM ABBATUM CISTERCIENSIUM literæ ad W(ffonem) archiepiscopum Lundensem, quem rogant, ut sententiam prædictam sigillo suo roborare velit. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 223—24.

1239. 1239.

[788.] WALDEMARI regis literæ, quibus canonicos Wibergenses ab omni gravamine liberat pro terra in insula Akær ipsi scotata. — *Slesvik*, VI. id. Martii. 10. Martii.

Pontoppidan Annall. eccles. Dan. II. 113.

[789.] F(RICI PLOVPENNING) regis privilegia, data fratribus monasterii b. Petri de Nestweth. — *Orthingiburch*, quarto calend. Maji, anno regni septimo. 28. April.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 128.

[790.] WALDEMARI regis literæ, quibus fratribus Esromensibus Brethas et Arlögsbörneruth vendit justo pretio. — *Worthingborgh*, VIII. calend. Junii. 25. Maji.

Thorkelin Diplomatar Arna-Magn. I. p. 129. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CLXXV b.

[791.] Literæ GREGORII (IX^nus) papæ, dispensationem continentes circa matrimonium inter Ericum, filium Waldemari regis, et Juttam, filiam ducis Saxoniæ, contrahendum. — *Anagniæ*, II. calend. Septembr. 31. Julii.

Suhm Hist af Danmk. IX. 773.

1239. 16. Augusti. [792.] Johannis, Stormariæ Wagariæ et Holzatiæ comitis, confirmatio privilegiorum, civibus Hamburgensibus a Frederico imperatore Romano datorum. Inter testes nominatur "ABEL DUX JUTIÆ". — XVII. calend. Septembr.

Lambec. Orig. Hamb. Libr. II. p. 79—81. ap. Lindenbr. p. 26.

23. Augusti. [793.] GREGORII (IX^ni) literæ, quibus archiepiscopo Lundensi permittit, ut die coronationis regis Sveciæ pallio uti possit. — Pontif. anno XIII. (sine die).

Epit. in Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1239. LXVI. Tom. II. p. 230. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 698.

23. Augusti. [794.] Literæ GREGORII (IX^ni) papæ ad regem Danorum, ut abusum tollat, de quo episcopus Roschildensis apud papam questus fuerat, nimirum testamentum, quod "duodecem testes qui nominati appellantur" non factum esse jurejurando affirmaverint, irritum fieri, quo multa bona, quæ moribundi in pios usus legassent, amitti dicit. — *Anagniæ*, X. cal. Septembr. pontif. anno XIII.

Gruber Origin. Livon. p. 221. Epit. ap. Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1239. LXVII. Tom. II. p. 230.

[795.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum: § 2. "Inchoamus has constitutiones. Statuimus, ut quatuor provinciæ: Polonia, DACIA, Syria, Græcia aliis octo provinciis per omnia adæquentur, tam in duobus electoribus magistri, quam in potestate, quam habent priores provinciales, magistro ordinis mortuo vel amoto". — *Parisiis.*

Martene et Durand Thes. nov. anecdot. Tom. IV. 1677. cfr. 1240. § 6. ibid. 1679.

1240.

1240. 24. v. 25. Februar. [796.] Witzlai Ruyanorum principis diploma, quo "novæ civitati Stralsundi" nonnulla privilegia tribuit. — *Perun*, VI. calend. Martii, "rege WALDEMARO et rege ERICO monarchiam Dacie gubernantibus".

Dreger Cod. dipl. Pomeran. p. 203—4. Schwartz Geschichte der Pomm. Rügischen Städte p. 42—43.

14. Julii. (vel 19. Aug.) [797.] WALDEMARI regis ad incolas Estoniensis et Wironiensis terræ literæ de decimis decimarum episcopo Revaliensi solvendis. — *Wortinchborg*, XIX. calend. Augusti.

Hvitfeldt Danmks. Riges Krön. p. 207—208. Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. VI. p. 322. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 652—53. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 131. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 703.

3. Augusti. [798.] ABEL, dux Jutiæ, villicos et colonos episcopi Ripensis ecclesiæ in Tunder, Daler et Balghum liberos ab omni exactione et servitio, præter expeditionem, Quærsæthe et Stud, in perpetuum declarat. — *Ripis*, anno ab incarnatione domini M. CC. quadragesimo tertio. Nonas Augusti (*leg.* M. CC. quadragesimo, tertio nonas Augusti).

Michelsen, Urkundensamml. I. 47. ubi hæ literæ ad ann. 1243 referuntur. Quum vero eas Waldemarus II. rex jam die 12. Martii an. 1241 confirmaverit, ut ante hoc tempus editæ sint, necesse est.

26. Augusti. [799.] ABELIS, ducis Jutiæ, literæ, quibus monachos de Loco Dei et omnia bona eorum sub sua protectione et tutela suscipit. — *Apud Flensborg*, septimo cal. Septembris.

Langebek Scriptt. VIII. 181—82. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 707. 774.

15. Septbr. [800.] WALDEMARI regis diploma, Thorkillo ecclesiæ Revaliensis præfecto datum, de dotatione ejusdem ecclesiæ, nuper a rege institutæ. — *Eresborg*, XVII. calend. Octobr.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 206—207. Pontani Rerr. Dann. Historia. Libr. VI. p. 321—322. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 651—52. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 131—32.

[801.] Gregorii (IX^ni) papæ ad archiepiscopum Lundensem et suffraganeos ejus literæ, quibus iis mandat, ut populos iis subjectos ad expeditionem cruciatam contra infideles Estoniam infestantes exhortentur. — *Laterani*, XIX. calend. Januarii, pontif. anno XIV. 1240. 14. Decbr.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1240. XXXIV. Tom. II. p. 245.

[802.] Abelis ducis Jutiæ literæ, quibus confirmat privilegia fratribus monasterii sancti Canuti Othiniensis antea data. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 136. Hæ literæ ex sententia Langebekii ad ann. 1240 pertinent (vid. Suhm Hist. af Danmk. IX. 707—708); Thorkelinus eas ad ann. c. 1242. refert.

[803.] Testimonium civium Ripensium Uffoni archiepiscopo Lundensi missum: G(unnerum) episcopum Ripensem antecessoresque ejus multos, in libera possessione et legitima præscriptione dimidiæ partis juris regii ad civitatem Ripensem spectantis, quatuor exceptis (reditibus), videlicet Strandwrec, Forban, exactione XL marcarum et theloneo equorum, semper fuisse. — Sine anno.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 179. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. IX. 708.

[804.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum: § 39. "Concedimus provinciæ Ungariæ duas domos, unam ponendam in provincia Silvana; Daciæ duas, secundum quod videbitur capitulo provinciali; Franciæ unam" etc. — *Bononiæ.*

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1682.

1241. 1241.

[805.] Waldemari Danorum Slavorumque regis diploma, quo comiti Ni(colao), "pro bonis quæ habeat in Zwerin, cum quibus ipse nos secundum consilia meliorum regni nostri a captione inimicorum redemit", dimidiam Hallandiam scotat. — *Roschild.* cal. Febr. 1. Febr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 301. p. 295. Dan. interpret. ap. Hvitfeldt, Danmks. Riges Krön. p. 192.

[806.] Waldemarus rex libertatem et contractum, quem Abel, dux Jutiæ, et ecclesia Ripensis statuerunt et fecerunt de villicis et colonis ecclesiæ in parochiis Tundær, Daler et Balughum confirmat. — *Apud Wardyughburgh*, IIII. idus Martii. 12. Martii.

Suhm Hist. af Danmk. IX. 774. Michelsen Urkundensamml. I. 46.

[807.] Erici Danorum Slavorumque regis votum, præsente et annuente regina, et præsentibus Ulrico de ordine fratrum minorum et Petro sacerdote regis factum, ut in habitu fratrum minorum mori et in ipso habitu apud fratres minores Roschildenses sepeliri deberet. — *Roschild.*, nonis Junii. 5. Junii.

Hvitfeldt Danmks. Riges Krön. I. 221. Pontan. Rer. Danicar. Hist. Libr. VII. p. 336. Holberg Danm. Hist. I. 313. Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I. 669. Schleswig-Holsteinische Anzeigen 1750. 26. St. p. 203.

[808.] Gregorii (IX^ni) papæ confirmatio privilegiorum ecclesiæ b. Thomæ de Paraclito. — *Laterani*, XVII. cal. Julii. 15. Junii.

Langebek Script. VI. 154—55.

[809.] Ottonis ducis de Brunswik literæ, quibus domui b. Johannis baptistæ in Antvordschov villam Ramsö cum duobus molendinis et plura bona vendit. — *Roshildis*, X. calend. Julii. 22. Junii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 133.

1241. [810.] ERICI regis literæ, quibus omnes terras et colonos canonicorum Roskildensium liberos esse declarat ab omni expeditione et jure regio. — *Roskildis*, VI. non. Julii.
2. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 134. Interpr. Dan. vet. ap. Suhm, Hist. af Danmk. X. 963—64.

29. Julii. [811.] Literæ, quibus MAGNUS OGHESSON omnibus notum facit, se particulam terræ in Wreyninghe canonicis s. Wilhelmi de Paraclito assignasse. — *Halmstæde*, die b. Olavi regis.

Langebek Scriptt. VI. 155.

15. Octbr. [812.] UFFONIS archiepiscopi Lundensis confirmatio commutationis bonorum, factæ ab Andrea decano ecclesiæ cum consensu capituli, qui totam terram, quam habuit in villa Gæmsæ et in Rythsioryth ad præbendam ejus pertinentem, nomine ecclesiæ Lundensis scotavit Tononi Scaclasun ea conditione, ut non liceat in amne Amin molendinum aut clausuram piscium *(wærmen* sive *fiscagarth)* ædificare, pro terra et silva Tononis in villa Ballinslef in parochia ecclesiæ Stokby. — *Lundis in eccl. s. Laurentii*, id. Octobr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 306. p. 296—97.

2. Novbr. (v. 27. Oct.) [813.] Literæ, quibus GUNNI JENSSÖN notum omnibus facit, se canonicis s. Wilhelmi de Paraclito bona sua in Amuntorp sita assignavisse. — *Söburgh*, proxima dominica (post v. ante?) omnium Sanctorum.

Langebek Scriptt. VI. 156.

10. Novbr. [814.] ABELIS, ducis Jutiæ, privilegium, quo "Burgensibus de Hammenburg et omnibus hospitibus" libertatem a theloneo, quam Adolphus, quondam comes Holsatiæ, et filius ejus, domicellus Johannes, iis concesserant, remittit, "quia illud consideravimus indebite institutum". — *Apud Hammenburch*, quarto id. Novembr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XIV. p. 45—46.

[815.] Literæ, quibus ERICUS rex privilegia, ecclesiæ b. Kanuti Othense concessa, confirmat novaque addit. — Sine anno.

Suhm Hist. af Danmk. X. 961—62. Eædem sunt literæ quæ jam supra sub no. 528. sunt allatæ et Waldemaro II. tributæ.

[816.] Statutum capituli generalis ordinis Cisterciensis, quo destinatur: § 15. "Monachus et conversi de ERIVADO, de TUTAVALLE et de CARA INSULA in DACIA, qui de abbatia monialium de Runemunde exierunt post coenam, et intraverunt tabernam, ubi minus honeste et in scandalum ordinis se habuerunt usque ad mediam noctem, omni sexta feria sint in pace et aqua, et ultimi omnium per annum in abbatiis propriis, et in capitulo semel in hebdomada accipiant disciplinam. Abbas de Eseron (Esrom) hæc eis denuntiet".

Martene et Durand. Thesaur. nov. anecdot. Tom. II. 1376.

1242.

1242.

1. Maji. [817.] E(RICI), Danorum Slavorumque regis, privilegium canonicis Ripensibus datum, quo villicos in ipsorum mansionibus existentes liberos et exemtos ab omni onere juri regio attinente esse concedit. — *Ripis*, intrante mense Maio.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 178. Langebek Scriptt. VII. 330. Cfr. Suhm Hist. af Dnmk. X. p. 18.

3. Maji. [818.] Privilegium ERICI regis civibus Ripensibus datum, eos ubicunque infra terminos regni devenerint liberos declarans "in perpetuum ab omni theloneo et ab omnibus aliis servitiis et solutionibus, quæ aliis distingvuntur vocabulis, videlicet Forband et Torgield". *Ripis*, nonas Maji V.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 686. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. over Ribe p. 159.

[819.] ERICI Danorum regis literæ de compositione inter eum et Thorchillum episcopum Revaliensem facta: quod episcopus singulis annis, donec rex ad Esthoniam pervenerit, percipere debeat de viginti uncis duo talenta ponderata, unum de siligine et alterum de hordeo; contra episcopum promisisse, se nihil, neque in procurationibus neque in causis spiritualibus usque ad adventum regis facturum, nisi secundum consvetudinem Hermanni episcopi Torpatensis. — *Nachschkoych* v. *Nachskouff*, cal. Julii XII. 1242. 20. Junii.

Hvitfeldt Danmks. Riges Krön. p. 209. Pontani Rerr. Dann. Historia. Libr. VII. p. 327. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 135.

[820.] Literæ ERICI regis confirmatoriæ de bonis in Strölillæ, quæ d. Wislavus testamento suo monasterio s. Willelmi in Ebbleholt reliquit, nec non de molendino, monasterio eidem per avunculum regis, d. Ottonem ducem de Brunswigh, concesso. — *Haffnis*, die nativ. b. Johannis Baptistæ. 24. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 156. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 19.

[821.] ERICI regis literæ, quibus privilegia, fratribus monasterii S^ti^ Canuti Othiniensis antea data, confirmat et molendina eorum ab omni impetitione libera esse declarat. — *Othense*, III. id. Novembris. 11. Novbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 135.

[822.] Charta, qua E(RICUS) rex Daniæ cives Slesvicenses exhortatur ad observanda ea, quæ ad utilitatem eorum a consulibus ordinata et statuta fuerint. — *Nyborg*.

Noodt Beyträge I. p. 163—164. Cfr. Westphalen Monum. ined. Tom. III. præfat. p. 85. not. n. Suhm Hist. af Danmk. X. 21. 7.

1243. 1243.

[823.] GUNNERI episcopi Ripensis literæ, quibus testatur, proximos hæredes Gleniri monachis de Lögum duos attingos in Sæbbisbool, libere et quiete in perpetuum possidendos, scotavisse. — *Ripis*, VI. nonas Maji. 2. Maji.

Langebek Scriptt. VIII. 218.

[824.] PETRI præpositi Roskildensis testimonium super scotatis a Symone de Höm claustro b. Claræ Roskildensi terris in Bregnethwet et Proghönstorp. — IV. non. Julii. 4. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 137.

[825.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ confirmatio compositionis inter regem Daciæ et præceptorem et fratres hospitales s. Mariæ Theutonicos in Livonia super Revalia, Gervia, Vironia, Aria. — *Anagniæ*, VIII. calend. Octobr. pontif. anno primo. 21. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 301.

[826.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ ad priores et fratres ordinis Prædicatorum bullā, qua universis et singulis incolis regni Boëmiæ, Magdeburgensis et Bremensis provinciarum, Ratisbonensis, Patauensis, Alberstatensis, Ildesemensis et Verdensis dioecesis, regni DACIÆ, Poloniæ, Pomeraniæ, Gotlandiæ, Norveiæ et Sveciæ, qui adversus paganos Livoniæ et Prusciæ signum crucis sumerent, indulgentiæ eædem ac Ierosolymam euntibus conceduntur. — *Anagniæ*, calend. Octobr. pontif. anno primo. 1. Octbr.

Voigt cod. diplomat. Prussic. I. no. LVIII. p. 55—56.

[827.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ ad Petrum priorem domus fratrum Prædicatorum Lundensium epistola, ut pecuniam in subsidium terræ sanctæ collectam magistro Johanni de Placentia acolytho et capellano papæ tradat. — *Laterani*, II. cal. Januar. pontif. anno primo. 31. Decbr.

Lagerbring Svea Rikes Hist. II. 151. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 308. p. 290.

1244.

1244. 18. Febr. [828.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua prohibet, ne quis decimas exigere audeat de bonis monasterii Sorensis, sive ante, sive post concilium generale acquisitis. — *Laterani*, XII. calend. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 137.

29. Febr. [829.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua prohibet, ne quis decimas exigere audeat de nutrimentis animalium monasterii Sorensis vel ejusdem benefactores ob præstita beneficia excommunicare. — *Laterani*, II. calend. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 138.

1. Martii. [830.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla protectoria, data conventui monasterii de Sora. — *Laterani*, calend. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 139.

1. Martii. [831.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua prohibet, ne ecclesiarum rectores decimas exigant de ovibus monasterii Sorensis, in parochiis ipsorum pascentibus. — *Laterani*, calend. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 140.

2. Martii. [832.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua privilegia confirmat, fratribus de Sora a pontificibus Romanis antea data. — *Laterani*, VI. non. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 141.

5. Martii. [833.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua prohibet, ne quis fratres monasterii Sorensis synodos, forenses conventus aliave hujusmodi capitula adire cogat. — *Laterani*, III. non. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 141.

6. Martii. [834.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua excommunicationis et interdicti sententiæ in benefactores famulosque monasterii Sorensis latæ, irritæ censentur. — *Laterani*, II. non. Martii, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 143.

21. Martii. [835.] INNOCENTII (IV^ti) papæ prohibitio, ne quis decimas de animalibus monasterii Esromensis exigat. — *Laterani*, IX. calend. April. pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esromens. fol. XXVI.

26. Martii. [836.] INNOCENTII (IV^ti) papæ confirmatio generalis privilegiorum, monasterio Esromensi a pontificibus Romanis, regibus et principibus concessorum. — *Laterani*, VII. calend. April. pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXII^b.

28. Martii. [837.] INNOCENTII (IV^ti) immunitas a decimis monasterio Esromensi data. — *Laterani*, V. calend. April. pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXV.

29. Martii. [838.] INNOCENTII (IV^ti) papæ literæ, quibus præposito ecclesiæ Lundensis imperat, ut querelas capituli Arusiensis de episcopo examinet decernatque. — *Laterani*, IV. calend. Aprilis, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 144. Langebek Scriptt. VI. 389.

30. Martii. [839.] INNOCENTIUS (IV.) papa prohibet, ne quis conventuales monasterii de Esrom ad synodos vel forenses conventus, capitula vel forum poenitentiale evocet. — *Laterani*, III. calend. April. pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XVIII^b.

[840.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua præpositis ecclesiæ Lundensis et Slesvicensis imperat, ut litem inter episcopum Arusiensem et capitulum judicent. — *Laterani*, V. id. April. pontif. anno primo. 1244. 9. Aprilis.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 144. Langebek Scriptt. VI. 389—90.

[841.] ERICI regis literæ, quibus omnes terras, quas canonici Arusiensis ecclesiæ quingentis marcis emerunt, acceptis a Nicolao episcopo Roskildensi pro bonis in Giæfning, liberas declarat ab omni gravamine et jure regio — *Lundis*, XIV. calend. Octobris. 18. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 146. Langebek Scriptt. VI. 397—98.

[842.] Acta capituli generalis ordinis prædicatorum. § 19. "Istæ sunt concessiones. Concedimus provinciæ Lombardiæ tres domos, Teutoniæ duas, DACIÆ unam". — *Bononiæ*.

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1686. cfr. 1245. § 20. ibid. p. 1690. et 1261. § 21. ibid. p. 1739.

1245. 1245.

[843.] UFFONIS archiepiscopi Lundensis testimonium de compositione litis inter episcopum Arusiensem et capitulum. — *Arus*, XV. calend. Februarii. 18. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 146. Langebek Scriptt. VI. 402—3.

[844.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad priorem et capitulum ecclesiæ Ottoniensis ordinis sancti Benedicti literæ, quibus iis indulget, "ut si episcopum vestrum, ad eam impotentiam attigerit devenire, quod exequi nequeat officium pastorale, absque assensu vestro coadjutor non valeat deputari". — *Lugduni*, VII. id. Febr. pontif. anno secundo. 7. Febr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 148.

[845.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla protectoria, data fratribus monasterii sancti Canuti Otthoniensis. — *Lugduni*, XII. calend. Martii, indict. II. incarn. dom. anno MCCXLIIII. pontif. anno secundo. 17. Febr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 248.

[846.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad archiepiscopum Lundensem et suffraganeos ejus literæ, promittentes omnibus, qui saltem per annum cum rege Daniæ adversus paganos in Estoniæ partibus militaverint, eandem remissionem peccatorum ac iis, qui in terram sanctam transeant. — *Lugduni*, X. calend. Martii, pontif. anno secundo. 20. Febr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 320. p. 306—307. Fragmentum ap. Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1245. CXIII. Tom. II. p. 345—46

[847.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad archiepiscopum Upsaliensem et priorem provincialem ordinis fratrum prædicatorum in Dacia literæ, ut cessionem Thomæ episcopi Fillandiæ (Finlandiæ) vice apostolica recipere procurent. — *Lugduni*, IX. cal. Martii pontif. anno secundo. 21. Febr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 321. p. 307.

[848.] Statutum in concilio Ottoniensi ab UFFONE metropolitano Lundensi et suffraganeis latum, ut excommunicentur omnes, qui ecclesias suo jure privaverint. — *Ottoniæ*, septimana Sexagesimæ, feria quarta. 22. Febr.

Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. 658. Ancher Lovhistorie II. 8—12. Langebek Scriptt. VII. 131—32.

[849.] NICOLAI episcopi Roskildensis transscriptum literarum fundationis monasterii b. Petri Nestvediensis (vid. supra no. 176.). — *Humbleoræ*, XV. calend. Julii. 17. Junii.

Saxo ed. Stephan. not. uberior. in Lib. XIII. p. 231—32.

1245. 5. Augusti. [850.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, ut liceat quadraginta clericos ad majores ordines promovere, etsi "defectum in natalibus patiantur", dummodo non sint de adulterio, regularibus vel incestu nati, et honestæ fuerint conversationis et vitæ. — *Lugduni*, non. Aug. pontif. anno tertio.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 325. p. 309.

5. Augusti. [851.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, ut liceat decem clericos dioeceseos, qui digni viderentur, ita dispensare, ut, etsi unum beneficium habeant, duo alia recipere valeant, si canonice offerantur. — *Lugduni*, non. Aug. pontif. anno tertio.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 324. p. 309.

22. Augusti. [852.] ESCHILLI episcopi Slesvicensis literæ, quibus omnibus notum facit, se "omnem controversiam, quæ vertebatur inter claustrales de Loco Dei et dominum Ubbi Tordssen, per concordiam taliter extinxisse, quod tota terra cum silva et pratis contentis infra terminos, qui evidenter exprimuntur in sententia, a bonæ memoriæ T. Slesvicensi episcopo lata (vid. supra no. 784.), ab impetitione dicti domini Ubby et hæredum ipsius Loco Dei libera in perpetuum relinquantur". — *Jönewath*, XI. calend. Septembris.

Langebek Scriptt. VIII. 231—32. 212.

28. Augusti. [853.] INNOCENTII (IV^ti) papæ epistola encyclica, qua in singulis provinciis singuli prælati constituuntur, qui jura ordinis fratrum Minorum contra injurias aliorum prælatorum et ceterorum defendant. (Una harum epistolarum missa est ad prælatos per REGNUM DATIÆ, per Cassubiam et Pomeraniam, ubi Bremensis archiepiscopus, et episcopi Hildesemensis et Zurinensis "conservatores" constituuntur). — *Lugduni*, V. calend. Septembr. pontif. anno III.

Wadding Ann. Minor. Tom. III. p. 443—46.

15. Septbr. [854.] GUNNERI episcopi Ripensis literæ, quibus imperat, ut fructus primi anni, quo quis ad ecclesiam quamcunque parochialem dioeceseos vocatus fuerit, adhibeantur ad debita ecclesiæ cathedralis solvenda, ob liberationem Tuvonis episcopi e carcere Theutonico contracta. — XVII. calend. Octobris.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 152.

22. Octbr. [855.] A(BEL), dux Jutiæ, et C(HRISTOPHORUS), dominus Falstriæ ac Lalandiæ, Erico regi partem suam (Erici) bonorum patrimonialium in Alsia alienant et scotant. — *Kalding*, calend. Novembris undecimo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 964—65. Michelsen Urkundensamml. I. 49—50.

12. Septbr. [856.] GUNNERI episcopi Ripensis transsumtum et confirmatio literarum, supra sub no. 192. allatarum. — *Ripis*, secundo idus Septembris.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 118. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Bisp. Krön. p. 22—23. German. interpr. ap. Pontoppidan, Annal. eccl. Dan. I. 660.

1246 vel ante.

1246 vel ante. [857.] GUNNERI episcopi Ripensis literæ, quibus notum facit, "quod Johannes Tollisen .... monachis de Loco Dei quicquid habuit in Sylstedt march, tam in forta, quam in aliis terris, excepto Stuff, pro certo pretio scotavit". — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 219.

1246.

1246. Januario. [858.] ERICI regis privilegium canonicis Ripensibus datum, quo "omnes illos, qui sunt canonici Ripenses anno dñi MCCXLVI. mense Januario, a pedagio equorum et omnium

aliarum rerum suarum et ab omni servitute in omni loco jurisdictioni nostræ subjecto, liberos et immunes" dimittit. — *Ripis*, mense Januario. 1246. Januar.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 178—79.

[859.] JOHANNES et NÖSINGUS, canonici Ripenses, judices a domino papa delegati, decimam parochiæ Lögum, "tam ministrorum, vel sacerdotum divina celebrantium, quam quæ ad fabricam ecclesiæ, de lignis sive lateribus, vires juxta suas, construendam, et quæ pro variis utensilibus restaurandis seu comparandis pertinet, in foetibus diversorum animalium, melle, lino et messe in *gerbis*, secundum consvetudinem ecclesiæ Ripensis", abbati et monasterio Loci Dei, "per diffinitivam sententiam" adjudicant libere et pacifice possidendam. — *Apud civitatem Ripensem*, II. calend. Aprilis. 31. Martii.

Langebek Scriptt. VIII. 215—16.

[860.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad Simonem de Alvernia, ordinis fratrum Minorum, epistola, qua ei mandat, ut de perfidia et proditione episcopi Roskildensis (Nicolai Stigoti fil.) inquirat, quem rex Daniæ accusaverat, quod, etsi cancellarius suus fuisset et multa beneficia accepisset, arcana sua consilia propagasset et fiscum defraudavisset, deinde e regno effugisset. — *Lugduni*, XII. calend. Augusti, pontif. anno IV. 21. Julii.

Wadding Annales Minorum Tom. III. p. 147—48. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 154.

[861.] Literæ ERICI, Danorum Slavorumque regis, quibus jubet illibata observari jura et libertates abbati et conventui Cisterciensis ordinis de Löghum concessa. — *Alsö*, idus Augusti septimo. 7. Aug.

Langebek Scriptt. VII. 325. VIII. 178.

[862.] SAXO THORBERNI recognoscit, se nihil juris habere in villa Nöthebothe, cujus possidendi et retinendi potestatem monasterio Esromensi concedit. — *Slangethorp*, XVI. calend. Septembr. 17. Aug.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 155—57. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XCV^b.

[863.] Literæ, quibus INNOCENTIUS (IV^tus) papa monasterio de Paraclito possessionem villarum de Lyngby maglæ et Lyngby lillæ, nec non oppidi Uberop, confirmat. — *Lugduni*, III. calend. Septembris. 30. Aug.

Langebek Scriptt. VI. 156—57.

[864.] INNOCENTII (IV^ti) pontif. Romani ad regem Daciæ literæ, ne impediat, quin cives Lubecenses, si voluerint, Henrico regi Romanorum serviant et assistant, præsertim cum dicantur ad imperium pertinere. — *Lugduni*, VI. idus Septembr. pontif. anno IV. 8. Septbr.

Dreyer Nebenstunden p. 323.

[865.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad fratrem Simonem de Alvernia, ordinis fratrum Minorum, literæ, quibus ei jubetur in episcopum Othoniensem inquirere, qui multorum criminum et gravium accusatus erat. — *Lugduni*, V. id. Novembr. pontif. anno IV. 9. Novbr.

Wadding Annales Minorum Tom. III. p. 118.

1247. 1247.

[866.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, ut fructus beneficiorum et aliorum bonorum patrimonialium Jacobi præpositi Lundensis et capellani pontificis colligere et ei mittere procuret; si vero hoc propter vim inimicorum prædicti Jacobi non posset, de reditibus ecclesiasticis desumtam pecuniam æqui valoris transmittat. — *Lugduni*, IV. calend. Septembr. pontif. anno quinto. 29. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 312. p. 320.

1247. 2. Novbr. [867.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad archiepiscopum Lundensem literæ, quibus iterum ei negotium dat, reditus Jacobi, Lundensis præpositi et capellani sui, ex beneficiis et bonis patrimonialibus colligendi et Romam mittendi. — *Lugduni*, IV. non. Novembr. pontif. anno V.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 343. p. 321.

26. Novbr. [868.] INNOCENTII (IV^ti) ad regem Daciæ literæ, quibus pro subsidio expensarum in bello adversus paganos in partibus Estoniæ tertiam partem decimarum ad ecclesias Lundensis dioecesis pertinentium per sexennium ei concedit. — *Lugduni*, VI. calend. Decembr. pontif. anno quinto.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 345. p. 322.

20. Decbr. [869.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua episcopo Slesvicensi aliisque clericis imperat, ut per regem restitui faciant episcopo Roskildensi castrum de Kopmannehafn aliaque bona, veniamque parent in dioecesi Roskildensi libere commorandi. — *Lugduni*, XIII. calend. Januarii, pontif. anno quinto.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 158.

1248.

1248. 2. Aprilis. [870.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua episcopus Slesvicensis jubetur fructus et reditus ecclesiæ Roskildensis episcopo exulanti reservare. — *Lugduni*, IIII. non. Aprilis, pontif. anno quinto.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 159. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 108—109.

15. Maji. [871.] ERICI regis literæ, quibus privilegia a Waldemaro (II.) civibus Revaliæ data confirmat eisque omnia jura concedit, quæ habent cives Lubecenses. — *Worthingborgh*, id. Maji.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 306. Suhm Hist. af Danmk. X. 966—67.

Junio. [872.] Literæ, quibus "CAPITULUM SANCTÆ MARIÆ RIPIS" notum facit, "quod Swolm Skenessen .... scotaverit fratri Thorchillo de Loco Dei sex Sckar in pratis, quæ dicuntur Hemmingsbröth Enge. — Mense Junio.

Langebek Scriptt. VIII. 247.

24. Junii. [873.] Literæ SWENONIS GÖDHESSÖN, quibus recognoscit, se bona sua in Truetstorpp sita canonicis S. Wilhelmi de Paraclito integraliter condonasse perpetuo possidenda. — *Hælsinghe*, ipso die nativitatis S. Johannis baptistæ.

Langebek Scriptt. VI. 157.

27. Julii. [874.] WILHELMI episcopi Sabinensis literæ indulgentiarum XL dierum, datæ iis, qui fratribus domus Leprosorum de Lundis donis succurrerent. — *Lundis*, VI. cal. Augusti, pontificat. Innocentii IV. anno sexto.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 370. p. 340.

7. Octbr. [875.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla protectoria, data fratribus monasterii de Sora. *Lugduni*, non. Octobr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 162. Cfr. Langebek Scriptt. IV. 564.

23. Octbr. [876.] Literæ, quibus ESBERNUS OGÆSSON omnibus notum facit, se canonicis in Ebbleholt omnia bona sua in Hærstæda wæstræ et Brönby östræ sita assignavisse. — *Ebbleholt*, die b. Severini.

Langebek Scriptt. VI. 157.

18. Novbr. [877.] JON FILII JON FILII RÆYNMOTH literæ, quibus testatur, se fratribus Esromensibus terram in Vitherlösæ litlæ scotasse pro variis eorum possessionibus. — Acta sunt

hæc et scotata, primo apud monasterium de *Esrom* .... secundo apud *Slangethorp*, *Tryggæhæreths thingh*, tertio in *Landsthyng Ringstadis*, anno dñi M°.CC°. XLVIII°. XIIII. calend. Decembris. 1248. 18. Novbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 166—68. Cod. Esrom. fol. CIII.

[878.] Eskilli episcopi Slesvicensis literæ, quibus decimam episcopalem parochiæ Biulthorp, quam plures ejus prædecessores monasterio Loci Dei contulerant vel confirmaverant, iterum confirmat vel donat. — *Slessuich*, pontificatus anno quarto.

Langebek Scriptt. VIII. 208. Cfr. Westphalen Monum. ined. IV. col. 3182. no. 6.

1249. 1249.

[879.] Literæ, quibus Abel, dux Jutiæ, villicos et colonos monasterii Loci Dei, in ducatu ejus existentes, ab omni jure ipsius et servitio liberos dimittit. — *Ripis*, XIIII. cal. Martii. 16. Februar.

Langebek Scriptt. VIII. 182.

[880.] Literæ, quibus Ericus rex Torkillo, episcopo Revaliensi, et successoribus ejus 14 uncos in Kuate, quos antea Ulricus balistarius possedit, confert. — *Lundis*, VI. idus. Apr. 8. Aprilis.

Suhm Hist. af Danmk. X. p. 966.

[881.] Ottonis ducis de Brunsvic — qui, simul cum rege Daciæ, duce Juciæ et pluribus principibus, tutor Hermanni, electi Hildeshemensis, factus erat, secundum constitutionem electi Ferrariensis, quondam apostolicæ sedis legati — diploma, quo, in eventum, pro se et universo clero et ecclesiis sibi subjectis sedem apostolicam appellat, ne quis eos "per sententiam qualemcunque vel interdictum" gravare valeat. — *Brunswik*, die Marci. 25. Aprilis.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. IV. p. 210.

[882.] Abel, dux Juciæ, monasterium Esromense "cum omnibus ad se pertinentibus rebus et personis" sub sua speciali protectione suscipit defendendum. — *Apud Commannafanth (Copmannahafn)*, quarto calend. Maji. 28. Aprilis.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 169. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLVII.

[883.] Literæ, quibus Ludgerus Hagænssön notum omnibus facit, se canonicis s. Wilhelmi de Paraclito bona sua in Nællærödh sita assignavisse. — Dominica trinitatis. 8. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 157—58.

[884.] Erici regis literæ protectoriæ datæ monasterio Esromensi — *Vmbriæ*, calend. Augusti nono. 24. Julii.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 173. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLIX.

[885.] Innocentii (IV^ti^) papæ bulla, qua archidiacono Arusiensi imperat, ut restitui faciat episcopo Roskildensi castrum Kopmanne-Hafn, eidemque veniam paret in dioecesi libere commorandi. — *Lugduni*, VI. calend. Augusti, pontif. anno septimo. 27. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 173.

[886.] Erici Danorum regis diploma, quo episcopo Revaliensi (tum temporis Thorchillo, antea sacerdoti Ripensi) octoginta uncos apud Revaliam dotis nomine assignat, et præterea XL uncos in Wironia, donec episcopus etiam ibi constitutus fuerit, quo facto hi unci eidem episcopo sine contradictione remittendi erant. — *Wartingborch*, III. id. Septembr. 11 Septbr.

Hvitfeldt Danmks. Riges Krön. p. 221. Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. VII. p. 331—35. Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I 665—66. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 129—30.

[887.] Erici regis literæ, quibus Stigoto Agison mandat, ut Torkillo episcopo Revaliensi LXXX uncos in Estonia et Wironia "absque mora et contradictione qualibet stu- 21. Septbr. (vel 11. Oct.)

1249. deat assignare". — *Roskildis*, anno domini M.CC.XXXIX. mense Octobris, undecimo Kalen-
21. Septbr. darum ejusdem.
(vel 11. Oct.)

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 129—30. Hæ literæ, quin demum mortuo Waldemaro II. rege, qui in iis "PIÆ MEMORIÆ" dicitur, editæ sint, dubium vix esse potest. Certe post literas Waldemari regis de anno 1240 (supra no. 800.) et verosimiliter BREVI post literas Erici regis die 11. Sept. an. 1249. datas (no. 886.), quas respicere videntur, editæ sunt. Ad annum igitur 1249 pertinere videntur, ad quem eas Suhmius quoque refert (Hist. af Danmk X. 126).

5. Novbr. [888.] INNOCENTIUS (IV^tus) archiepiscopo Bremensi et electo Zuerinensi mandat, ut regem Datiæ ad pacem cum Lubecensibus ineundam commoveant. — *Lugduni*, non. Novembris, pontific. anno septimo.

Michelsen Urkundensamml. I. 61. ubi hæ literæ ad ann. 1250 referuntur.

11. Novbr. [889.] Literæ, quibus ASMUNDUS SWENSSÖN notum omnibus facit, se monasterio s. Wilhelmi in Ebbleholt bona sua in Scowerlunde assignavisse. — *Haffnis*, die b. Mart. episc.

Langebek Scriptt. VI. 158.

[890.] ERICI regis literæ confirmationis, datæ monasterio Esromensi super bonis in Huseby et Scheterut. — *Roskildis*.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 168. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esr. fol. CXXXII.

1250. **1250.**

5. Aprilis. [891.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua episcopo Roskildensi veniam concedit interdictum relaxandi, ubi ecclesiæ satisfactum fuerit. — *Lugduni*, non. Aprilis, pontif. anno VII.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 177.

9. Maji. [892.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua Nicolao eleemosynario monasterii Trenorchiensis imperat, ut castrum Kopmannehafn et bona episcopalia Roskildensi episcopo restitui faciat, sub poena interdicti, in loca, ad quæ rex et bonorum detentores pervenerint. — *Lugduni*, VII. idus Maji, pontif. anno septimo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 178.

18. Maji. [893.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua Nicolao eleemosynario imperat, ut castrum Kopmannehafn episcopo Roskildensi a rege restitui faciat, sub poena interdicti et excommunicationis. — *Lugduni*, XV. calend. Junii, pontif. anno septimo.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 180—82.

21. Maji. [894.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua regem Daniæ hortatur, ut benigne recipiat Jacobum episcopum Roskildensem eique omnia jura et bona ecclesiæ Roskildensi ablata restituat. — *Lugduni*, XII. calend. Junii, pontif. anno septimo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 182.

27. Junii. [895.] E(RICUS) Danorum Slavorumque rex conventionem, quam Moen inhabitantes cum Lybecensibus fecerunt, ratam et stabilem esse declarat. — K(al.) Julii quinto.

Michelsen Urkundensamml. I. 58.

30. Augusti. [896.] ABELIS Danorum Slavorumque regis diploma, quo immunitates monasterii Viteschol æ ab exactionibus regiis confirmat. — *Wibergi*, III. calend. Septembr.

Dän. Biblioth. VI. 155.

3. Septbr. [897.] Rex ABEL canonicis Wibergensibus S^tæ Marie ecclesiæ omnia bona ipsorum a gravaminibus expeditionis, et Quersæt et aliis, quæ sunt juris regii, libera dimittit. — *Wibergis*, III. nonas Septembris.

Danske Magazin V. p. 35. Dan. interpr. ibid. p. 35—36.

[898.] Abelis Danorum regis literæ, de immunitatibus villanis de We concessis. — *Roschild.*, calend. Novembr. XVI. 1250. 17. Octbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 967. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 845. p. 698.

[899.] Abelis regis literæ protectoriæ, datæ monasterio Esromensi. — *Siöburugh*, idus Novembris sexto, anno regno I. 8. Novbr.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 184. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLVIII.

[900.] Literæ Abelis regis, quibus colonos, possessiones et omnia bona monasterii Esromensis a gravamine expeditionis, Innæ, stuud, ædificatione, reparatione et munitione civitatum et castrorum, et ab omni exactione regali et onere juris regii liberat. — *Siöburugh*, idus Novembris sexto, anno regni I. 8. Novbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 185. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLVII^{b}—XLVIII.

[901.] Abelis regis privilegia, data sanctimonialibus Roskildensibus. — *Roskildis*, V. id. Novembr. 9. Novbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 186.

[902.] Abelis Danorum Slavorumque regis et ducis Jutiæ privilegium, Hamburgensibus datum, ut, si apud quascunque regni partes naufragium paterentur, "res suas, quas suis laboribus et expensis naufragio eripere poterunt, salvas et inconcussas habeant, et liberas a cujuslibet impetitione". — *Roskildis*, III. id. Novembr. 11. Novbr.

Lambec. Orig. Hamb. Libr. II. p. 115—16. ap. Lindenbr. p. 37. Lünig Teutsch. Reichs Arch. Vol. XIII. P. Spec. IX. IV. Contin. I. Th. p. 923—24. Schuback de jure littoris p. 270.

[903.] Literæ, quibus Tokkæ Nielsön de Syerslæff notum omnibus facit, se omnia bona sua in Syerslæff östra sita canonicis s. Willelmi in Ebbleholt scotavisse. — *Roskildis*, die b. Martini episcopi. 11. Novbr.

Langebek Scriptt. VI. 158.

[904.] Abelis Danorum Slavorumque regis et ducis Jutiæ diploma, quo civibus Lubecensibus "ad quascunque partes regni cum mercimoniis et bonis suis" veniendi securitas conceditur, addito mandato ad subditos, ut eos tanquam amicos in negotiis promoveant et pertractent. — *Warthinburgh*, calend. Decembr. XVII. 15. Novbr.

Dreyer specim. de naufr. p. LXVI.

[905.] Innocentii (IV^{ti}) bulla, archiepiscopo Lundensi missa, qua ei constitutio de electione archiepiscopi Upsaliensis, (nimirum ut electio capituli, non constitutio regis vel baronum valeret), denuntiatur. — *Lugduni*, VI. id. Decbr. pontif. anno octavo. 8. Decbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 383. p. 349.

[906.] Petri Ebbonis filii testimonium de patris sui, domini Ebbonis Sunæsun, donatione bonorum in Herleuæ nörre, monasterio Esromensi facta. — *Knarræthorp.*

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 175. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XCVIII.

1251. 1251.

[907.] A(belis) regis Danorum Sclavorumque, ducis Juciæ, privilegium civibus Ripensibus datum, "ut, ubicunque infra terminos regni et ducatus negociationis causa cum suis mercimoniis devenerint, liberi esse debeant et exempti penitus a solutione thelonei, Thorug-gield, Forband og Strandvrag". — *Ripis*, calend. Martii X. ann. 1250. 20. Febr.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 696. Interpr. Dan. ap. Galthen, Beskr. over Ribe p. 159—60. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 183.

1251. 7. Martii. [908.] Literæ, quibus ABEL rex notum facit, "quod claustro sanctimonialium b. Johannis Sleswig omnes villicos suos et colonos ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria ceterisque oneribus et solutionibus, juri regio attinentibus", liberos dimittat atque exemtos. — Anno dñi MCCL. non. Martii.

Westphalen Monum. ined. III. col. 359. Interpr. German. ibid. col. 334. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 182—83.

7. Martii. [909.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua ministro provinciali Daciæ et Jacobo Skogby de ordine fratrum Minorum imperat, ut Lubecenses excommunicent, ob castrum Kopmannehafn variasque villas incensas et devastatas, donec ab illis fuerit satisfactum. — *Lugduni*, non. Martii, pontificat. anno VIII.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 187.

10. Aprilis. [910.] ABELIS regis literæ, quibus abbatem et conventum Loci Dei, "unacum omnibus bonis et familia eorundem", sub sua speciali protectione recipit, dimittens "eisdem universa bona sua....., tam in ducatu nostro quam in regno, libera penitus et exempta a gravamine expeditionis, impetitione exactoria, ceterisque oneribus et solutionibus attinentibus juri nostro". — *Ripis*, idus Aprilis IIII.

Langebek Scriptt. VIII. 182.

25. Aprilis. [911.] ABELIS (in diplom. ALBRECHTI) Danorum regis privilegium, civibus Rozstokkiensibus datum: mercaturam in Daniæ regno libere exercendi; res naufragas propriis expensis liberandi; equos de navibus deponendi et rixas suorum in nundinis Skanorensibus eodem, quo Lubecenses utebantur, jure componendi, exceptis tantummodo casibus cum cædes patrata fuerit. — *Wartinghburgch*, calend. Maji VII.

Rostock. wöchentl. Nachrichten, 1752, p. 97—98.

6. Junii. [912.] Literæ, quibus ABEL rex omnia bona canonicorum de Eppleholt ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria, omnique onere regio libera dimittit. — *Roskildis*, VIII. id. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 158—59.

11. Julii. [913.] Brev, hvorved Kong ERIK (læs: ABEL) forunder Kjöbmændene i Faburgh Frihed for al Besværing og Told over hele Danmark og Hertugdömmet. — *Hagenskou*, XIV. dagh Julii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 969.

8. Augusti. [914.] ABELIS regis literæ, quibus omni juri renuntiat, quod in Osilia habere videtur contra Hermannum episcopum Osiliensem. — *Nyborg*, VI. idus Augusti.

Hvitfeldt Danm. Riges Krönike p. 230. Pontan. Rerum Danicar. Hist. Lib. VII. p. 340—41. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. p. 670—71. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn I. 188. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 192.

8. Augusti. [915.] ABELIS regis literæ, quibus magistro Andreæ et fratribus domus Theutonicorum s. Mariæ in Livonia et Esthonia jus omne in Gerviam cedit. — *Nuborch*, VI. id. Aug.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 306.

13. Augusti. [916.] ABELIS Danorum regis, ducis Jutiæ, literæ de libertatibus, civibus Wismariensibus "in Skanore et aliis regni nostri partibus" concessis. — *Flensborch*, id. Augusti.

Suhm Hist. af Danmk. X. 969—70. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 849. p. 701.

21. Septbr. [917.] ABELIS, Danorum regis et ducis Jutiæ, constitutio de theloneo in nundinis Scanore, per eos, qui dicuntur Vindlandsfare, solvendo. — *Scanore*, calend. Octobr. octavo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 970—71. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 851. p. 703—4.

[918.] Petri episcopi Arusiensis confirmatio transactionis inter prædecessores et clerum, de tribus oris monetæ usualis quotannis præstandis a singulis parochiarum rectoribus, loco procurationis et cathedratici. 1251.

Langebek Scriptt. VI. 408—9. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 189.

[919.] Esgeri episcopi Ripensis literæ, quibus mansionem suam in Imberschæth monachis Loci Dei perpetuo possidendam donat. — *Apud Locum Dei.*

Langebek Scriptt. VIII. 219—20.

1252. 1252.

[920.] Esgeri episcopi Ripensis literæ, quibus parochianis de Daler imperat, ut octo solidos siliginis, quos ad usus suos de decima eorum hactenus detinere solebat, monachis Loci Dei in posterum solvant. — IIII. calend. Februarii. 29. Januar.

Langebek Scriptt. VIII. 132.

[921.] Esgeri episcopi Ripensis literæ, quibus testatur se "claustro Loci Dei ecclesiam de Bredwatt, cum consensu regis Abel canonice contulisse, jure perpetuo possidendam, ita quod, cum dicta ecclesia primitus vacaverit, abbas præfati loci ipsam ad voluntatem suam ordinabit". — Pridie nonas Aprilis. 4. Aprilis.

Langebek Scriptt. VIII. 114. 123.

[922.] Literæ, in quibus Abel, Danorum Slavorumque rex, dux Jutiæ, ita loquitur: "Quoniam universi progenitores nostri ab antiquis temporibus in ecclesia Brewadt jus habebant præsentandi, ratione possessionum nostrarum in Suanstorp, quas ..... monachis Loci Dei contulimus..., constare volumus universis, quod sicut eisdem fratribus dictas possessiones contulimus, ita eis totum jus nostrum et quicquid juris in dicta ecclesia habuimus, in perpetuum donamus possidendum". — *Ripis*, anno ab incarnatione domini MCCLII. nonarum (nonas, nonis) Aprilis. 5. Aprilis.

Langebek Scriptt. VIII. 113—14. 116. 117. 120. 126. 127—28. 128. Ultimo loco literæ anno MCCLI. II. nonas Aprilis datæ dicuntur.

[923.] Christophori regis privilegia civibus Ripensibus data, "ut, ubicunque infra terminos regni negotiationis causa cum suis mercimoniis devenerint, liberi esse debeant et exempti penitus a solutione thelonei, torghgiald, forband, strandvrek", nec non ut "quicquid senatores et consules dictorum civium simul cum advocato regio faciendum decreverint, ratum et stabile, remota quorumcunque concivium reclamatione, habeatur". — *Ripis*, octavo cal. Aug. 25. Julii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 686—87. Langebek Scriptt. VII. 326—27. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. over Ribe p. 160.

[924.] Capituli Ripensis literæ collationis de ecclesia Bredewatth, datæ monachis Loci Dei. — Quarto calend. Augusti. 29. Julii.

Langebek Scriptt. VIII. 114—15. 121.

[925.] Christophori regis privilegium, quo cives Slesvicenses a theloneo, Torgiald et aliis solutionibus liberi dimittuntur. — *Ripæ*, quarto nonas Augusti. 2. Augusti.

Noodt Beytrage I. p. 161—165.

[926.] Literæ Christophori, Danorum Slavorumque regis, quibus abbatem et conventum Loci Dei sub speciali sua protectione recipit. — *Ripis*, nonis Augusti. 5. Augusti.

Langebek Scriptt. VII. 325.

1252. 9. Augusti. [927.] Literæ CHRISTOPHORI, Danorum regis, quibus canonicis Ripensibus confirmat libertatem, ut villici eorum ab expeditionis gravamine et omni juris regii exactione immunes permaneant. — *Ripis*, V. idus Augusti.

Langebek Scriptt. VII. 330. Terpager Ripæ Cimbr. p. 179. Cfr. Suhm Hist. af Dnmk. X. 219.

14. Augusti. [928.] Literæ, quibus AWTHI PÆTHERSON de Ölsköp notum omnibus facit, se canonicis monasterii s. Wilhelmi in Ebbleholt omnia sua bona in Ölsköpp sita assignavisse. *Ebbleholt*, vigil. assumpt. b. Mariæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 159.

16. Septbr. [929.] Literæ, quibus CHRISTOPHORUS rex omnia bona canonicorum de Eppelholt ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria, omnique onere regio libera dimittit. — *Hælsingburgh*, XVI. calend. Octobr.

Langebek Scriptt. VI. 160.

25. Septbr. [930.] CHRISTOPHORI regis literæ protectoriæ, datæ monasterio Esromensi. — *Esrom*, VII. calend. Octobr.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 190. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LV$_b$.

25. Septbr. [931.] CHRISTOPHORUS rex omnes possessiones et colonos monasterii Esromensis ab universis servitiis et exactionibus, regiæ jurisdictioni debitis, liberat et absolvit. — *Esrom*, VII. calend. Octbr.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 191. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LV.

28. Sept. (?) [932.] Kong ERIKS (læs: CHRISTOPHERS) Brev, hvorved han gjör vitterligt: "dass wir allen unsern besitzlichen Leuten in Reval und Wesenberg mit weltlichem Rechte (welches in gemeiner Sprache genannt wird ein Landrecht) ihre Güter in Freiheit zu besitzen verlassen haben". — Des andern Tages vor dem October des Montages. (Tydsk Oversættelse).

Gelehrte Beyträge zu den Rigischen Anzeigen. 1765. 2. Stück, p. 10. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 220.

1. Octobr. [933.] ESGERI episcopi Ripensis literæ, quibus testatur, dominum Aghonem Esbernssen, tutorem hæredum Arnfasti Wollæ, "monachis Loci Dei bona illa, quæ eis ob remedium animæ suæ idem Arnfastus scotaverat, post dies suos jure perpetuo possidenda" scotavisse. — *Ripis*, IIII. nonas Octobris.

Langebek Scriptt. VIII. 221.

5. Octobr. [934.] CHRISTOPHORI regis literæ, quibus bona monasterii Sorensis liberat ab omni gravamine. — *Woringborgh*, III. non. Octobr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 192.

25. Novbr. [935.] Literæ, quibus NICOLAUS HERLUSSEN canonicis monasterii Ebbleholt bona sua in Hawgelösæ sita assignat. — *Slanghetorp*, die b. Katerinæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 160.

21. Decbr. [936.] CHRISTOPHORI Danorum regis diploma, quo "leprosis in hospitali Awos existentibus omnes villicos suos et colonos cum Garszætæ et omni familia eorum" libertatem ab "omni expeditionis gravamine, impetitione exactoria, stud, jnnæ, ceteroque onere et solutione ad jus regium spectante", concedit. — *Lundis*, IX. calend. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 401. p. 359—60.

29. Decbr. [937.] CHRISTOPHORI Danorum regis diploma, quo canonici Lundenses cum villicis eorum et colonis ab omni expeditionis gravamine, vectigalibus ceterisque omnibus juri regio attinentibus, liberi in perpetuum renuntiantur. — *Lundis*, IV. calend. Januar.

Liljegren Dipl. Svec. I. no. 402. p. 360. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 235.

[938.] CHRISTOPHORI Danorum Slavorumque regis diploma, quo possessiones monasterii Vitescholæ (nominatim enumeratas) eidem confirmat, et privilegia rata facit. — Sine anno. 1252.

Dän. Biblioth. VI. 146—49. Suhm Hist. af Danmk. X. 971—73.

1253. 1253.

[939.] CHRISTOPHORI regis literæ protectoriæ, datæ villanis de Svinaburg, et confirmatio jurium et legum, eisdem a patre ejus concessorum. Febr. vel Martio.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 192. Begtrup Svendborgs Beskr. p. 210. cfr. p. 16. Aktstykker etc. udg. af Fyens lit. Selsk. p. 86. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 233.

[940.] ERICI (leg. CHRISTOPHORI) Danorum Slavorumque regis diploma, quo libertates et immunitates monasterio Vitescholæ concessas confirmat; adhæc "quicquid in litore maris, quod totum Halsemarch circuit, a flumine Gethaa usque Gasewad a naufragantibus poterit derivari, ipsorum naufragantium jure conservato", monasterio tribuit. — *Apud Vitescholam*, VIII. id. Martii. 8. Martii.

Dän. Biblioth. VI. 140—41. Cfr. Danske Magaz. I. 140—41.

[941.] CHRISTOPHORI regis literæ protectoriæ, sanctimonialibus ecclesiæ beati Johannis baptistæ de Sleswig datæ, quibus simul villici et coloni ipsarum a gravamine expeditionis, impetitione exactoria et ab omni onere juris regii liberi et exemti declarantur. — *Nyburgh*, tertio calend. April. regni anno primo. 30. Martii.

Westphalen Monum. ined. III. 359—60.

[942.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ confirmatio generalis privilegiorum monasterii Esromensis. — *Perusii*, III. calend. April. pontif. anno decimo. 30. Martii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXIIII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 231.

[943.] JACOBI episcopi Roschildensis dotatio domus sancti spiritus, vel Novi Hospitalis, Roschildensis. — *Roeschildiæ*, XVI. calend. Junii. 17. Maji.

Hofman Fundationer VII. 308—11.

[944.] J(ACOBI) episcopi Roskildensis literæ, quibus indulgentias XL dierum iis concedit, qui in domo sancti spiritus apud ecclesiam b. Laurentii Roskildis ædificanda manus porrexerint adjutrices. — *Köpmannæhafn*, XV. calend. Junii. 18. Maji.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 193.

[945.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi et magistro Johanni Stichil, canonico Roskildensi, notum facit, Ingretham comitissam de Regenstein susceptam esse sub ipsius et b. Petri protectionem. — *Assisii*, V. id. Junii, pontif. anno decimo. 9. Junii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 191.

[946.] INNOCENTII (IV^ti^) ad Jacobum Erlandi episcopum Roskildensem literæ, postulationem ejus ad archiepiscopatum Lundensem confirmatam esse indicantes. (Eodem modo scriptum capitulo Lundensi, clero civitatis et dioecesis Lundensis et populo civitatis et dioecesis ejusdem). — *Assisii*, idibus Augusti, pontif. anno XI. 13. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 406. p. 362—64.

[947.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ ad regem Daniæ literæ, de confirmatione electionis Jacobi Erlandi filii in archiepiscopatum Lundensem. — *Assisii*, XVI. cal. Septembr. pontif. anno XI. 17. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 407. p. 364.

1253. 17. Augusti. [948.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad regem Daciæ literæ, in quibus monet, ut edicta regia, quibus vetera privilegia ecclesiæ Lundensis diminuerat, rescindat. — *Assisii*, XVI. calend. Septembr. pontif. anno XI.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1253. XXXI. Tom. II. p. 483.

17. Augusti. [949.] INNOCENTII (IV^ti) papæ ad Sacerum Decanum, Svenonem et Aquinum canonicos et procuratores ecclesiæ Lundensis epistola, qua iis, cum pro expediendis negotiis Jacobi quondam episcopi Roskildensis in archiepiscopum Lundensem electi debitorum onera subiisent, facultatem concedit, usque ad summam ducentarum triginta sex marcarum argenti in pondere Trecensi mutuo capiendi, ita ut electus et ecclesia hanc pecuniam restituere teneatur. — *Assisii*, XVI. calend. Septembr. pontif. anno undecimo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 408. p. 364.

18. Augusti. [950.] *E.* (leg. *C.* ɔ: CHRISTOPHORI) regis confirmatio bonorum in Brethaas et Lokaas, data conventui Æsirom *(Esrom)*. — *Roskildis*, XV. calend. Septembris.

Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. p. 195. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CLXXV^b.

1. Septbr. [951.] INNOCENTII (IV^ti) bulla, qua Svenoni canonico Lundensi indulget, "ut præter canonicatum et canonicatum *(sic)* ecclesiæ Lundensis ac ecclesiam de Hubu .. liceat .. unicum ecclesiasticum beneficium similis dignitatis vel personatus .. libere recipere", si canonice oblatum fuerit. — *Assisii*, calend. Septembr. pontif. anno XI.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 409. p. 365.

19. Septbr. [952.] INNOCENTII (IV^ti) papæ bulla, qua divisionem decimarum in Guthlandia, factam ab archiepiscopo Lundensi et approbatam a Gregorio papa IX., confirmat. — *Assisii*, XIII. calend. Octobr. pontif. anno XI.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 411. p. 366.

30. Septbr. [953.] Pactum inter JACOBUM episcopum Roskildensem et civitatem Lubecensem de litis inter ipsos ortæ suspensione. — *In civitate Lubecensi*, in crastino beati Michaelis.

Michelsen Urkundensamml. I. 70—71.

30. Septbr. [954.] Literæ CAPITULI ROSKILDENSIS ad civitatem Lubecensem, de damnis, ecclesiæ Roskildensi per incendium castri et villæ de Kopmannshafn pluriumque maneriorum, ad mensam episcopalem spectantium, illatis. — *Apud Roskild.*, pridie calend. Octobris.

Michelsen Urkundensamml. I. 71.

21. Octobr. [955.] CHRISTOPHORI regis diploma, quo Alberto duci de Brunswich impignorat Samsö et Ondelaghæ, cum omnibus bonis et jure regali, "donec terram Alsiam habuerit, quam sibi contulimus jure perpetuo possidendam", adposita conditione, ut et privilegia hominum terrarum antedictarum salva maneant, et eædem, Alsia tradita, integraliter restituantur. — *Apud Skyalfiskörne*, XII. calend. Novembr.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. III. Præfat. p. 88—89.

6. Decbr. [956.] Literæ, quibus MARGARETA MATHESÆ DOTHER de Hall notum omnibus facit, se canonicis s. Willelmi de Ebbleholt omnia sua bona in Halsnes dedisse. — *Ebbleholt*, die b. Nicolai episcopi.

Langebek Scriptt. VI. 160—61.

1254. 1254.

13. Martii. [957.] Jus municipale Hafniense, a JACOBO (ERLANDI) episcopo Roskildensi editum. — *Kopmannæhafn*, idus Martii tertio.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 49—52. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 197—200. Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 96—100. *Dan. interpret.* ap. Hvit-

feldt, Danmks. Riges Krön. p. 238 seqq., ap. Pontoppidan, Origg. Hafn. p. 53—57. et ap. Suhm, Hist. af Danmk. X. 250. seqq. 1254.

[958.] J(ACOBI) episcopi Roskildensis confirmatio libertatum, quæ antea concessæ sunt canonicis Hafnensibus. — III. id. Martii. 13. Martii.

Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. p. 676.

[959.] Literæ, quibus IVARUS TAKONIS FILIUS, "illustris regis Abel quondam marscalcus", testatur, se, cum consensu cognatorum suorum, omnia bona sua in Rauenstorp post dies vitæ, si sine liberis decesserit, ecclesiæ s. Mariæ de Loco Dei ac ejusdem ecclesiæ monachis scotavisse. — *Slessuich*, XVII. calend. Augusti. 16. Julii.

Langebek Scriptt. VIII. 222.

[960.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ ad episcopos Slesvicensem et Wiburgensem, et abbatem de Cara Insula, Cisterciensis ordinis, mandatum, ut de vita et miraculis Nicolai, filii Canuti, olim Daniæ regis, inquirerent, cum rex Christophorus, archiepiscopus Lundensis, episcopi, nec non clerus et religiosi regni Daciæ, ut in numerum sanctorum referretur, rogaverant. — *Anagniæ*, VIII. calend. Augusti, pontif. anno XII. 25. Julii.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1254. XXX. Tom. II. p. 501. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 452—53. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 201. Langebek Scriptt. V. 309—10. VI. 390—91.

[961.] INNOCENTII (IV^ti^) papæ bulla, qua indulgentias XL dierum iis concedit, qui in ecclesia Arusiensi ædificanda manus porrexerint adjutrices. — *Anagniæ*, II. id. Augusti, pontif. anno XII. 12. Augusti.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 202. Langebek Scriptt. VI. 391. Hanc bullam jam supra (vid. no. 575.) cum Suhmio et Müntero ad ann. 1209. retulimus et Innocentio III^tio^ tribuimus; vix autem dubium esse potest, quin Innocentio IV. tribuenda et ad ann. 1254. referenda sit. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 259.

[962.] Statuta capituli generalis ordinis Cisterciensis. §. 6. "Cum dominus Cisterciensis commisisset ABBATI DE SORA visitationem filiæ suæ de HERIVADO secundum formam ordinis in plenaria potestate; ipse, assumto filio suo, ABBATE DE ASYLO, certa die ad visitationem faciendam ambo pariter ad capitulum venientes, et visitationem incipientes in prima sessione, statim præcipitanter, nulla causa peremtoria probata contra abbatem dicti loci, nulla copia sibi data deliberationis et defensionis, nulloque servato juris ordine, contra ordinis nostri instituta, sicut nobis per literas eorundem patentes et duos monachos, unum de Cistercio, et alium de dicta domo, constitit evidenter, in abbatem dictæ domus depositionis sententiam fulminarunt: quam sententiam dictus dominus abbas Cistercii et capitulum generale declarat esse nullam: unde cum sit ab ordine constitutum, ut si quis abbas alium injuste deposuerit, recipiat talionem, dicti abbas de Sora et de Asylo deponuntur in instanti. ABBAS DE ESRON hoc eis denunciet. Ista vero sententia, ut a simili præcipitatione in posterum caveatur, in omnibus ordinis domibus habeatur".

Martene et Durand. Thesaur. nov. anecd. Tom. IV. 1103.

1255. 1255.

[963.] Literæ, quibus AGATA NIELSE DOTHER de Syerslöff östræ notum omnibus facit, se monasterio in Ebbleholt bona quædam in Syerslöff östræ sita contulisse. — *Slunghetorp*, V. calend. Maji. 27. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 161.

1255. 1. Augusti. [964.] ALEXANDRI (IV^ti) bulla protectoria, capitulo Arusiensi data. — *Anagniæ*, II. non. Augusti, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 205. Langebek Scriptt. VI. 392.

1. Augusti. [965.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla confirmatoria, capitulo Arusiensi data super bonis, altari b. Catharinæ oblatis a Skæf, cânonico ecclesiæ Arusiensis. — *Anagniæ*, prid. non. Augusti, pontif. anno primo.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 206. Langebek Scriptt. VI. 392—93.

16. Augusti. [966.] CHRISTOPHORI confirmatio juris Lubecensis, a civibus Revaliæ adhibendi. — *Siobyrgh*, XVII. calend. Septembr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 309. Suhm Hist. af Danmk. X. 973—74.

13. Decbr. [967.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ ad episcopum Viburgensem, abbatem de Cara Insula Arusiensis dioecesis, et priorem fratrum Prædicatorum Arusiensium literæ, ut negotium, quod duobus illis primis et episcopo Slesvicensi ab Innocentio IV^to commissum fuerat, de vita et miraculis Nicolai Canuti filii inquirere, quam maturrime perficiant, collega iis addito priori Arhusiensi, cum episcopus Slesvicensis interea mortuus esset. — *Laterani*, idibus Decembr. pontif. anno primo.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1255. XXVI. Tom. II. p. 528. (ubi literæ IDIBUS OCTOBRIS datæ esse dicuntur; cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 272.). Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 203. Langebek Scriptt. V. 310. VI. 393.

[968.] CHRISTOPHORI regis literæ ad Alexandrum papam, de fundatione monasterii Roskildensis sororum b. Francisci ordinis. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 204. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 270.

[969.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum: § 22. "Concedimus provinciæ Franciæ unam domum. — — Item PROVINCIÆ DACIÆ duas". — *Mediolani.*

Martene et Durand. Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1706.

1256.

1256. 6. Martii. [970.] Constitutio "CUM ECCLESIA DACIANA", sive conventio episcoporum in Dania, in concilio provinciali facta, de securitate episcoporum in regno Daniæ tuenda, et injuriis, quæ iis fortasse inferrentur, sive a rege sive ab aliis, cohibendis. — (*Wedelæ*, prid. non. Martii).

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1257. XXIX—XXX. Tom. III. p. 9—10. Mansi collectio concilior. Tom. XXIII. 945—46. Cypræi Annal. episcopor. Slesvic. p. 302—3. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 449. Langebek Scriptt. V. 601. VII. 131. Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. 681. Münter Mag. für Kirchengesch. I. 121—22. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, l. c. p. 244. ap. Holberg, Danm. Hist. I. 329—30. et Suhm, Hist. af Danmk. X, 282—83.

17. Aprilis. [971.] JACOBI ERLANDI, archiepiscopi Lundensis, literæ donationis bonorum suorum omnium in Howostorp et Davsthorp, Særæsleff et Hwitingy nörræ, molendinique juxta Thræthöa, quæ omnia bona ecclesiæ Lundensi scotantur. — *Lund*, secunda die paschæ, XV. calend. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 433. p. 379.

17. Aprilis. [972.] JACOBI ERLANDI archiepiscopi Lundensis constitutio, ut de proventibus bonorum, quæ ecclesiæ Lundensi dederat (bonorum ejus omnium in Howostorp, Dausthorp, Særslöff et Hwitingi nörræ et molendini juxta Træhöæ) pauperes scholares de schola Lundensi, pro arbitrio archiepiscopi eligendi, sustententur. — *Lund*, secunda die paschæ, XV. cal. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 434. p. 380.

[973.] Alexandri (IV^ti) papæ confirmatio diplomatis Frederici II^di, quo regiones ultra Albim et Eydoram jacentes, et præterea quæ Kanutus VI. et Waldemarus II. in Slavia occupaverant, Daniæ regno tribuuntur ab omni imperio Romani imperatoris liberæ. — *Anagniæ*, IIII. calend. Julii, pontif. anno II. 1256. 28. Junii.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 243. Holberg Danm. Hist. I. 340—41. Pontoppidan Annal. eccl. Dan. I. 679. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 207.

[974.] Waldemari ducis Jutiæ literæ, quibus monachis Loci Dei bona in Suanstorp et jus patronatus ecclesiæ Brethwath, quæ eis pater ejus, Abel rex, contulerat, confirmat, eosque "cum bonis eorum et familiis" sub sua suscipit protectione. — *Synderburg Alsie*, idus Julii. 15. Julii.

Langebek Scriptt. VIII. 113.

[975.] Ingardis comitissæ de Regenstein literæ, quibus varias possessiones concedit sororibus ordinis S^ti Francisci Roskildis. — *Lundis*, calend. Augusti. 1. Augusti.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 208.

[976.] Esgeri episcopi Ripensis literæ, quibus prohibet, ne quis "monachós de portu sanctæ Mariæ, ordinis Cisterciensis, seu eorum villicos et colonos super aliquibus solutionibus aut aliis gravaminibus, a quibus alii Cistercienses per privilegia, sive paparum sive regum Daciæ, sunt exempti, præsumat aliquatenus impetere seu quoquomodo molestare". — *Ripis.*

Langebek Scriptt. VIII. 198.

1257. 1257.

[977.] Alexandri (IV^ti) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi imperat, ut, quoties a sororibus monasterii S^ti Francisci, ordinis S^ti Damiani, Roskildensis requisitus fuerit, bona ipsarum, a quibusvis detenta, restitui eis faciat. — *Laterani*, III. non. Januar. pontif. anno III. 3. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 210.

[978.] Alexandri (IV^ti) papæ bulla, qua ministro provinciali in Dacia imperat, nt, quoties Abbatissa et conventus monasterii Roskildensis S^ti Francisci, ordinis S^ti Damiani, postulaverint, duos fratres idoneos mittat ad ecclesiastica officia exsequenda. — *Laterani*, II. non. Januarii, pontif. anno tertio. 4. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 210—11.

[979.] Alexandri (IV^ti) papæ bulla, qua episcopo Roskildensi imperat, ut Ingerdi comitissæ de Regenstein facultatem concedat monasterium sororum ordinis S^ti Damiani in honorem S^ti Francisci in dioecesi Roskildensi erigendi. — *Laterani*, non. Januar. pontif. anno III. 5. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 211.

[980.] Alexandri (IV^ti) papæ bulla ad abbatissam et conventum monasterii Roskildensis S^ti Francisci, ordinis S^ti Damiani, ut frater presbyter ordinis fratrum Minorum eas, quæ manus in se ipsas injecerint, a poena excommunicationis absolvere possit. — *Laterani*, id. Januar. pontif. anno tertio. 13. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p 212.

[981.] Alexandri (IV^ti) papæ indulgentiæ centum dierum, iis datæ, qui ecclesiam monasterii s. Francisci, ordinis s. Damiani Roskildensis singulis annis visitaverint die consecrationis et diebus festis s. Claræ, b. Francisci et b. Antonii. — *Laterani*, id. Januarii, pontif. anno tertio. 13. Januar.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 212—13.

1257. 13 Januar. [982.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua abbatissæ et conventui monasterii S^ti Francisci Roskildensis, ordinis S^ti Damiani, concedit, omnes sororum possessiones retinere, feudalibus exceptis. — *Laterani*, id. Januar. pontif. anno tertio.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 213.

13. Januar. [983.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua sorores monasterii S^ti Francisci, ord. S^ti Damiani Roskildensis liberas declarat ab omnibus cujuscunque generis exactionibus. — *Laterani*, id. Januar. pontif. anno tertio.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 214.

17. Januar. [984.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua Ingerdi comitissæ de Regenstein concedit, proventus ad ipsam spectantes, si ingredi voluerit in ordinem S^ti Damiani, tam libere percipere, ac si in seculo mansisset. — *Laterani*, XVI. calend. Februar. pontif. anno tertio.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 215.

17. Januar. [985.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua regi Daniæ monasterium S^ti Francisci Roskildis, ordinis S^ti Damiani, ab Ingerde comitissa de Regenstein institutum, commendat. — *Laterani*, XVI. calend. Februar. pontif. anno III.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 215.

17. Januar. [986.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua archiepiscopo Lundensi injungit, ut prohibeat, ne impediatur Ingardis comitissa de Regenstein in fundatione monasterii S^ti Francisci Roskildis, ordinis S^ti Damiani. — *Laterani*, XVI. calend. Februar. pontif. anno III.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 216.

20. Febr. [987.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ literæ protectoriæ, datæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de Asmiald. — *Laterani*, X. calend. Martii (sine anno).

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 23—24. Hæ literæ supra (vid. no. 219.) Alexandro III^tio papæ tributæ sunt. Suhmius alio loco (Hist. af Danmk. VII. 331.) eas Alexandro III^tio, alio vero (l. c. X. 337.) — rectius, ut videtur — Alexandro IV^to attribuit et ad ann. 1257 refert.

21. Febr. [988.] Bulla ALEXANDRI (IV^ti) papæ, qua archiepiscopo Lundensi mandatur, ut Ottonem et Henricum de Barmstatte, milites Bremensis dioeceseos, ad obsides, quos Tuco Parvus a Nicolao episcopo Slesvicensi extorserat, libertati restituendos, compellat. — *Laterani*, VI. calend. Martii, pontificatus anno tertio.

Cypræi Annall. episc. Slesv. p 277—78. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 678.

21. Febr. [989.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua guardiano fratrum Minorum de Brunswik mandat, ut ducem de Brunswik moneat, ut Tuconem Parvum de Dacia, de jurisdictione ducis prædicti, juxta requisitionem archiepiscopi Lundensis, compellat ad satisfactionem Nicolao episcopo Slesvicensi præstandam. — *Laterani*, VI. calend. Martii, pontificatus anno tertio.

Cypræi Annall. episc. Slesv. p. 279—80.

7. Martii. [990.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ ad Jacobum Erlandi archiepiscopum Lundensem literæ, quibus ei facultatem concedit, bona, quæ parentes suos minus licite acquisivisse putaret, piis locis conferendi. — *Laterani*, nonis Martii, pontif. anno tertio.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 438. p. 382.

11. Aprilis. [991.] Henrici abbatis in Doberan literæ de anniversario annuali civis cujusdam Rozstokkiensis habendo. — III. idus Aprilis, domini Burewini junioris temporibus, domino CHRISTOFFERO REGE regnum Daciæ feliciter gubernante.

Westphalen Monum. ined. III. 1499—1501.

[992.] S(axonis), capitanei regii et judicis Revaliæ, compositio litis exortæ inter abbatem conventumque de Dunamunde et homines de Padis ex una et Henricum de Skewele et incolas de Athen ex altera parte super piscationis jure. — *Revaliæ*, die Vitalis martyris. 1257. 28. Aprilis.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 310.

[993.] Christophori regis literæ, quibus prohibet, ne quis litem inter monasterium Loci Dei et dominum Ubbonem filium Thordonis, super quibusdam possessionibus in Bekle, jam legitime terminatam ex novo suscitare præsumat, vel prædictum monasterium super memoratis possessionibus molestet de cetero. — *Ripis*, VI. nonas Maji. 2. Maji.

Langebek Scriptt. VIII. 232.

[994.] Christophori regis literæ, quibus monachos de Loco Dei, "si unquam ad portum nostrum in Openra cum navibus suis applicuerint, sive ad alios quoscunque portus infra terminos regni nostri, ab omni solutione thelonei liberos" dimittit "et exemptos". — *Ripis*, V. nonas Maji. 3. Maji.

Langebek Scriptt. VII. 326—27. VIII. 178. Michelsen Urkundensamml. I. 79. Cfr. Suhm Hist af Danmk. X. 77.

[995.] Christophori regis literæ, quibus continentur acta divisionis et scotationis bonorum Yngærthæ, comitissæ de Regenstein. — *Copmanhaven*, in eccl. b. Virginis, VIII. id. Jul. 8. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 217.

[996.] Alexandri (IV^ti) papæ confirmatio super possessionibus in Glym, monasterio b. Mariæ Roskildensi ab Absalone episcopo Roskildensi oblatis. — *Viterbii*, (XVII. cal.) Augusti, pontif. anno tertio. 16. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 221. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 310.

[997.] Alexandri (IV^ti) papæ bulla, qua confirmat donationem quarundam possessionum, ab Absalone, archiepiscopo Lundensi, monasterio S^tæ Mariæ Roskildensi oblatarum. — *Viterbii*, XVII. calend. Aug. pontif. anno tertio. 16. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 219.

[998.] Alexandri (IV^ti) papæ literæ, quibus prohibet, ne mulieres seculares sine speciali sedis apostolicæ licentia monasterium S^tæ Mariæ Roskildense ingredi audeant sub anathematis comminatione. — *Viterbii*, XIII. cal. Aug. pontif. anno tertio. 20. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 220.

[999.] Alexandri (IV^ti) papæ bulla prohibitoria ad episcopum Roskildensem, ne, invitis fratribus de Sora, ecclesias, jure patronatus ad illos pertinentes, alicui conferat. — *Viterbii*, VII. calend. Augusti, pontif. anno tertio. 26. Julii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 222.

[1000.] Literæ, quibus Vinder Torbernssön et uxor ejus Swnnæ notum omnibus faciunt, se canonicis monasterii in Ebbleholt bona quædam in Skævinghe sita dedisse. — *Slanglætorp*, sabbato ante festum b. Laurentii martyris. 4. Augusti.

Langebek Scriptt. VI. 161—62.

[1001.] Alexandri (IV^ti) papæ privilegia, data monasterio S^tæ Mariæ Roskildis. — *Viterbii*, id. Augusti, indictione XV. pontif. anno tertio. 13. Augusti.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 223.

[1002.] Christophori regis literæ, quibus civitatem Revaliæ jure Lubecensi uti jubet. — *Ripis*, calend. Octobris. 1. Octobr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p 309.

1257. [1003.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ confirmatio constitutionis: "*Cum ecclesia Daciana*".
3. Octobr. — *Viterbii*, quinto nonas Octobris, pontif. anno tertio.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1257. XXX. Tom. III. p. 9—10. Langebek Scriptt. V. 600—601. VII. 131. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 255—56.

12. Octobr. [1004.] PETRI episcopi Roskildensis literæ, quibus commutat mansionem in Sothætorp pro mansione in Augthæhör, a Jacobo Sunonis ecclesiæ Roskildensi oblata, additque etiam plures possessiones. — *Roskildis*, IV. id. Octobris.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 228.

1. Novbr. [1005.] Literæ, quibus A(SGOTUS), abbas Caræ Insulæ, bona quædam dicto claustro assignat. — calend. Novembris.

Langebek Scriptt. V. 263.

[1006.] CHRISTOPHORI regis mandatum, Schaniam inhabitantibus missum, ut ipsorum *Skra* in omnibus servent. — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 591 Interpr. Dan. ap. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 250. et Suhm, Hist. af Danmk. X. 311.

[1007.] Testamentum dominæ INGERTHÆ, relictæ Conradi comitis de Regenstein. — *Roskildis.*

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 229. Epit. in Dän. Bibliothek II. 87—88.

[1008.] INGERTHIS comitissæ de Regenstein literæ, quibus Petro episcopo Roskildensi tutelam omnium bonorum committit, illumque testamenti exsecutorem declarat. — *Roschildis.*

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 222.

[1009.] INGARDIS comitissæ de Regenstein literæ, quibus P(etrum) episcopum Roskildensem tutorem constituit.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 209.

1258. **1258.**

21. Januar. [1010.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua conceditur familiaribus sororum monasterii S^ti Francisci Roskildensis et oblatis, in ecclesia earum, durante interdicto generali, divina audire, sacramenta recipere et sepulturam habere. — *Viterbii*, XII. calend. Februar. pontif. anno quarto.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 230.

5. Febr. [1011.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, tribuens ministro ordinis fratrum Minorum in Dacia plenam potestatem visitandi in claustro sororum ordinis S^ti Francisci Roskildis. — *Viterbii*, non. Febr. pontif. anno quarto.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 231.

21. Febr. [1012.] JACOBI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus "collationem de Brettwadt, Ripensis dioecesis, factam per .... Esgerum Ripensem episcopum de consensu veri patroni, videlicet illustris regis Danorum Abel, bonæ memoriæ, monasterio Loci Dei" confirmat. — *Lundis*, calend. Martii sexto.

Langebek Scriptt. VIII. 116. 124.

28. Febr. [1013.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua sorores monasterii sancti Francisci Roskildensis magistro generali ordinis Minorum committuntur. — *Viterbii*, II. calend. Martii, pontif. anno quarto.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 232.

[1014.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua sororibus monasterii ordinis S^ti Francisci Roskildis omnia bona, feudalibus exceptis, recipere et retinere permittit. — *Viterbii*, calend. Martii, pontif. anno quarto. 1258. 1. Martii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 234.

[1015.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ literæ ad archiepiscopum Upsalensem et episcopum Slesvicensem, quibus facultas conceditur cessionem Jacobi archiepiscopi Lundensis "quoad curam regiminis" recipiendi. — *Viterbii*, VI. idus Aprilis, pontif. anno 4to. 8. Aprilis.

Langebek Scriptt. V. 518. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 360.

[1016.] Literæ, quibus CRISTOFORUS rex fratribus conventus s. Thomæ de Paraclito concedit, ut in theloneo equorum et in aliis totum jus regium in nundinis ad dies regis et abbatis Willelmi possideant. — *Roskildis*, ann. MCCLXVIII. id. Maji. 15. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 162. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 361.

[1017.] Literæ ESGERI, episcopi Ripensis, de conventione facta inter eum et colonos ejus in Tundær, de numero plaustrorum, quæ coloni annuatim in usum episcopi præbere debeant. — *Tundær*, in nativitate beatæ Mariæ virg. 8. Septbr.

Michelsen Urkundensamml. I. 80.

[1018.] JACOBI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus continetur bulla Alexandri (IV^ti) papæ (vid. supra no. 1013). — *Lundis*, IV. id. Septembris. 10. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 232.

[1019.] JACOBI archiepiscopi Lundensis indulgentiæ XL dierum, iis datæ, qui monasterio sororum S^ti Damiani Roskildensi manus porrexerint adjutrices. — *Lundis*, XVII. calend. Octobris. 15. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 225.

[1020.] PETRI episcopi Roskildensis indulgentiæ, iis datæ, qui monasterio sororum ordinis S^ti Damiani Roskildensi ejusque ecclesiæ manus porrexerint adjutrices. — *Roskildis*, III. non. Novembris. 3. Novbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 236.

[1021.] NICOLAI episcopi Wibergensis, cancellarii regis Danorum, diploma, quo fratribus Vitescholæ libertates et immunitates, juri episcopali attinentes, quas a prædecessore suo Gunnaro obtinuerant, confirmat. — Sine anno.

Dän. Biblioth. VI. 158. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 362.

[1022.] Sententia, lata ab abbatibus J. DE CLARAVALLE et C. DE MORMUNDA in causa inter abbatem et conventum de Doberan ex una parte et abbatem et conventum de Esrom ex altera parte super jure paternitatis abbatiæ de Dargun, quod abbati et conventui de Doberan adjudicatur. — *Apud Cistercienses (Cistercium?)*, tempore capituli generalis.

Westphalen Monum. ined. III. 1505.

1259.

1259.

[1023.] JACOBI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus omnia bona, quæ titulo permutationis a domino Esberno Woghensun in Flackæbiargsbæret adeptus est, confert monasterio S^tæ Claræ Roskildis. — *Lundis*. ante 2. Febr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 239. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 375.

[1024.] BOËTII Decani et capituli Lundensis literæ ad decanos et presbyteros per Hallandiam constitutos, quibus prohibetur, ne "divina officia populo, ac eis sacramenta ecclesiastica exhibere" præsumant. — Nonis Februarii. 5. Februar.

1259. Langebek Scriptt. V. 603. — *Interpr. Dan.* ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krönike p. 256, ap. Holberg, Danm. Hist. I. 336. et ap. Suhm, Hist. af Danmk. X. 369. *German. interpr.* ap. Pontoppidan, Annal. eccles. Dan. I. 698.

9. Febr. [1025.] J. (leg. *P.* ɔ: PETRI) miseratione divina Roschildensis episcopi ad decanum et capitulum Roschildensem totumque clerum dioecesis Roschildensis literæ, quibus prohibetur, ne "divina celebrentur private vel publice aut campanæ pulsentur propter atrocem injuriam venerabilis patris domini Lundensis, qui .... captus sit, quousque de dolore captivitatis receperit solatium et de gravi sua et suæ ecclesiæ injuria justitiæ sufficiens complimentum". (Inest constitutio "Cum ecclesia Daciana" hujusque confirmatio papalis). — *Apud civitatem Haffnyensem*, idus Februar. (V.).

Langebek Scriptt. V. 602 et 600—601. (Cfr. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 255—56. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 697. Suhm Hist. af Danmk. X. 370.).

1 Martii. [1026.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ ad Jerlerum archiepiscopum Upsaliensem et episcopos Lincopensem et Wibergensem de permissione matrimonii inter Waldemarum Sveciæ regem et Sophiam neptim Christophori Daniæ regis incundi, etsi tertia consangvinitatis linea conjuncti essent. — *Anagniæ*, calend. Martii, pontif. anno quinto.

Vastovii vitis aquilon. p. 180. Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1259. XIX. Tom. III. p. 39. Liljegren Dipl. Svec. I. no. 463. p. 397—98. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 362. 371.

6. Martii. [1027.] CHRISTOPHORI regis literæ ad præpositum et capitulum ecclesiæ Roskildensis, in quibus miratur, cur deo debita subtrahant officia et in contemptum regiæ majestatis clamorem papæ contra ipsum (regem) excitent. — Sine anno et die.

Langebek Scriptt. V. 602.

6. Martii. [1028.] CHRISTOPHORI regis literæ ad Petrum episcopum Roskildensem, cui nuntiat, quod ab ipso et capitulo Roskildensi se indebite gravatum sentiat, "ex eo quod in contemptum nostri organa vestra a laude divina suspenditis". — *Ripis*, secundo nonas Martii.

Langebek Scriptt. V. 602.

10. Martii. [1029.] PETRI episcopi Roskildensis confirmatio donationis, a Petro Öthensun ecclesiæ S^ti Lucii oblatæ. — *Roskildis*, VI. id. Martii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 237.

post 10. Martii. [1030.] CHRISTOPHORI regis literæ, quibus decano et capitulo Roskildensi secundo districte mandat, ut statim visis literis omnes ecclesias dioecesis Roskildensis reserant, "divina in eis officia celebrari nullatenus prohibentes". — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 602—3. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 257. German. interpr. ap. Pontoppidan, Annall. eccles. Dan. I. p. 699—700.

11. Martii. [1031.] CHRISTOPHORI regis literæ, quibus collationem ecclesiæ Brewath monasterio Loci Dei per Abelem regem factam (vid. supra no. 922.) confirmat. — *Ripis*, idus Martii quinto.

Langebek Scriptt. VIII. 113—14. 120—21.

22. Martii. [1032.] PETRI episcopi Roskildensis literæ ad capitulum et clericos dioecesis Roskildensis, quibus prohibet, ne quis divina celebrare audeat, donec archiepiscopo Lundensi fuerit satisfactum. — *Scabröth*, calend. April. XI.

Langebek Scriptt. V. 603. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krönike p. 257. Interpr. German. ap. Pontoppidan, Annal. eccl. Dan. I. 698.

ante 15 Aprilis. [1033.] CHRISTOPHORI regis literæ, quibus R. decano et capitulo Roskildensi districte "per gratiam nostram" mandat, "quatenus ecclesias vestræ dioecesis reseratis, et sta-

tim visis literis istis divina in iisdem more solito præcipiatis officia celebrari, sicut in regno nostro stare volueritis et bonis aliquibus in eo uti, hoc nullatenus omissuri". — *Opmeræ*, (sine anno et die). 1259. ante 15. Apr.

Langebek Scriptt. V. 603. Hæ literæ ante literas proxime præcedentes datæ esse videntur.

[1034.] Esgeri episcopi Ripensis literæ, quibus testatur dominum Conradum Album, civem Ripensem, recognovisse, se monachis Loci Dei fundum illum ex opposito fori, quem quondam possederat Conradus Prone, nomine nobilis domini comitis Arnesti scotasse. 14. Aprilis.

Langebek Scriptt. VIII. 241.

[1035.] Christophori regis literæ ad decanos et clericos Hallandiæ, quibus imperat, ut, interdicti nulla habita ratione, divina studeant coram populo in ecclesiis celebrare. — *Thorneborgh*, III. die pascæ (sine anno). 15. Aprilis.

Langebek Scriptt. V. 603—4. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krönike p. 257. German. interpr. ap. Pontoppidan, Annall. eccles. Dan. I. 699.

[1036.] Alexandri (IV^ti^) papæ literæ, quibus Sverinensi, Lubicensi et Padneburgensi (Paderbornensi) episcopis mandat, ut regem Daciæ (Christophorum) "per vos vel alios monere ac efficaciter inducere procuretis, ut infra unum mensem post hujusmodi admonitionem vestram" archiepiscopum Lundensem, præpositum et archidiaconum Lundensem "absque difficultate qualibet pristinæ libertati restituens, eos libere abire permittat". — *Anagniæ*, prid. non. Junii, pontif. anno quinto. 4. Junii.

Langebek Scriptt. V. 604—5. Similes literæ et episcopo Wiburgensi, "illustris regis Daciæ cancellario", et episcopo Arusiensi eodem die scriptæ sunt (ibid. p. 605.).

[1037.] Alexandri (IV^ti^) papæ ad principem Ryanorum literæ, quibus eum rogat, ut archiepiscopum, præpositum et archidiaconum Lundenses ex captivitate liberare pro viribus conetur. — *Anagniæ*, prid. non. Junii, pontif. anno quinto. 4. Junii.

Langebek Scriptt. V. 605—6.

[1038.] Jacobi archiepiscopi Lundensis literæ, quibus testatur, se vidisse acta dotationis claustri monialium S^tæ^ Claræ Roskildis de ann. 1257, VIII. id. Jul. (vid. supra no. 995.). — *Lundis*, crastino S^ti^ Laurentii. 11. Augusti.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 312. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 391—95.

[1039.] Erici Danorum Slavorumque regis, Christophori regis filii, diploma, quo, "ex consensu dilectæ matris" suæ cives Lubecenses "sub specialem munitionis suæ clypeum" tuendos suscipit, omnem immunitatem, quam sub prædecessoribus habuerant, confirmans, insuperque concedens, ut, si apud quascunque partes regni naufragium paterentur, res suas, quas salvare poterunt propriis laboribus et expensis, salvas et inconcussas habeant, et ab omni impetitione liberas. — *Roskildis*, non. Septembr. an. 1254. 5. Septbr.

Dreyer specim. de naufr. p. LXVI—VII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 395.

[1040.] Jacobi archiepiscopi Lundensis literæ, quibus testatur, se confirmasse dotationem, claustro S^tæ^ Mariæ Roskildensi ab Absalone archiepiscopo Lundensi oblatam (vid. supra no. 286.). — *Roskildis*, VII. id. Septembris. 7. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 257.

[1041.] Literæ Erici, Danorum Slavorumque regis, Christophori filii, quibus scotationem possessionum quarundam in Jarnwith ecclesiæ b. Petri (Slesvic.), per Abelem regem factam, confirmat. — *Rostoch*, idus Octobr. VIII. 8. Octbr.

Cypræi Annall. episc. Slesv. p. 250. Westphalen Monum. ined. IV. 3113.

1259. 2. Decbr. [1042.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla ad Catonem, abbatem et fratres monasterii s. Mariæ de Glandstorp, qua iis possessiones monasterii confirmat. — *Tusculani*, IIII. non. Decembris (sine anno).

Pontoppidan Annal. eccl. Dan. II. 498. Danske Magaz. II. 134. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 385.

28. Decbr. [1043.] E(RICUS) rex monachis de Esrom concedit libertatem, "ut colonos et villicos suos, terras et possessiones noviter et antiquitus acquisitas, ab omni onere expeditionis et omnibus servitiis juri regio attinentibus liberos habeant et exemptos". — *Wibergis*, V. calend. Januarii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. L.

28. Decbr. [1044.] ERICI regis literæ, quibus notum facit, quod in remedium animæ patris sui, felicis recordationis, Christophori regis, ad fabricam et usum ecclesiæ b. Mariæ Ripensis civitatis contulerit et scotaverit omnes possessiones, quas habuerat in villa Hwamæ et molendino Hæslæ et Quimæruth, in perpetuum libere possidendas. — *Wibergis*, in die coronationis nostræ quinto.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 205.

Decembri. [1045.] Literæ ERICI regis, quibus omnes libertates, immunitates et concessiones, ecclesiæ Slesvicensi a patribus ipsius collatas, confirmat. — In mense Decembri.

Epit. apud Westphal. Monum. ined. Tom. IV. 3113—14.

[1046.] ERICI regis confirmatio privilegii a Canuto (VI.) rege episcopis Slesvicensibus dati (vid. supra no. 368.).

Epit. ap. Westphal. Monum. ined. Tom. IV. 3113.

[1047.] Literæ, quibus C(ECILIA), relicta domini Haraldi, quondam illustris regis Danorum marescalci, et OLAVUS filius ejus bona duorum solidorum in Thoræthorp monasterio Esromensi pro XXX marcis denariorum concedunt.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 240. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CVII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 378.

1260.

1260. 2. Januar. [1048.] ERICI Danorum Slavorumque regis diploma, quo libertates ab exactionibus regiis et jus naufragii a Getheraa usque Gasewad monasterio de Viteschola concessas confirmat. Testibus Esgero episcopo Ripensi et Johanne Genwet. — Quarto non. Januarii.

Dän. Biblioth. VI. 143—44. Cfr. Danske Magazin I. 142.

26. Febr. [1049.] Alberti ducis de Brunsvich diploma, quo, secundum petitionem Segebandi de Wittorpe, "unam domum sitam in Bonstorpe" ecclesiæ in Ebbekestorp et conventui ejus donat, "ita tamen, quod secundum memorati Segebandi desiderium, et ERICI PII (ERICI PLOVPENNING), regis Danorum, et patris nostri Ottonis senioris, ducis de Brunsvich, ... habeatur memoria, et eorum anniversarius depositionis a sanctimonialibus dictæ ecclesiæ solemniter peragatur". — *In castro Thume*, V. calend. Mart.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. III. Præfat. p. 88. Lünig corp. jur. feudal. Tom. II. p. 1357.

29 Martii. [1050.] ALEXANDRI (IV^ti) papæ bulla, qua episcopo Swerinensi imperat, ut laicos, qui castrum Hafniense hostiliter destruxerant, ad id reædificandum poena excommunicationis impellat. — *Anagniæ*, IV. calend. April. pontif. anno VI.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. p. 238. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 401.

[1051.] Erici ducis Jutiæ literæ, quibus donationem bonorum in Suanstorp et juris patronatus ad ecclesiam Bredtwadt, monasterio Loci Dei per Abelem regem factam, confirmat. — *Apud Locum Dei*, XVIII. calend. Maji. 1260. 14. Aprilis.

Langebek Scriptt. VIII. 121.

[1052.] Erici ducis Jutiæ privilegium, "claustro sanctimonialium beati Johannis Schleswig" concessum, quo villici et coloni ipsarum ab omnibus servitiis et exactionibus juri ducis attinentibus liberi et exemti dimittuntur. — *Schleswig*, in die ascensionis domini. 13. Maji.

Westphalen monum. ined. III. 360—61.

[1053.] Literæ Erici regis, quibus testatur, se Nicolao episcopo Slesvicensi possessiones quasdam dictas Sunderfordhast, Nortefordhast, Bornebul et molendinum quoddam in Aitsboly scotasse. — *Mithelfaar*[, in octava Apostolorum Petri et Pauli. 6. Julii.

Cypræi Annall. episc. Slesv. p. 283. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 707. Westphalen Monum. ined. Tom. IV. 3114.

1261. 1261.

[1054.] Esgeri, episcopi Ripensis, privilegium, canonicis Ripensibus indultum, "ut omnes eorum villici vel coloni partiarii vel nummis *(sic)* colentes terras ipsorum, singulorum præbendis vel communitati ipsorum attinentes, habiti vel habendi pro tempore, a jure nostro (episcopali), quod Giaf vulgariter appellatur, liberi sint et immunes". — *Ripis*, in crastino epiphanie domini. 7. Januar.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 179—80.

[1055.] Esgeri episcopi Ripensis testimonium, se vidisse literas Gunneri, prædecessoris sui (vid. supra no. 770.), ejusque harum literarum confirmatio. — *Ripis*, idus Januarii septimo. 7. Januar.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 180.

[1056.] Erici, ducis Jutiæ, privilegium, quo Slesvicensibus jus nundinarum conceditur ad ipsius lugubrem devastationem multimodam quodammodo sublevandam. — *Sleswik*, VII. idus Februarii. 7. Febr.

Noodt Beyträge I. p. 165—166.

[1057.] Testamentum Petri Olæfsun de Kalwæris. — *Kalwæris*, XI. cal. April. 22. Martii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 971—976. Weinwich Stevnsherr. Beskr. p. 8—11. Apud Weinwich, l. c. p. 12—13, invenitur designatio bonorum, quæ "dominus Petrus Olæfsun de Kalwæriis assignavit ad persolvendum testamentum suum in Stehtimshæret", et postea emit Johannes Ranæsun sub hac conditione, "ut testamentum solveret".

[1058.] Frisonum in Utlandia constitutorum diploma, de pace et concordia cum civibus Hamburgensibus in perpetuum servanda. — Mense Aprili. Aprili.

Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenb. II. Nachtr. p. 720—21.

[1059.] Literæ, quibus Jacobus, archiepiscopus Lundensis, monasterium sororum ordinis sancti Damiani Roskildis devotionis causa visitantibus certos dies de injuncta iis poenitentia relaxat. — Mense Maji. Majo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 976—77.

[1060.] Laurentii Upsalensis archiepiscopi mandatum, secundum exemplum "matris nostræ sanctæ Lundensis nec non et Roskildensis ecclesiarum", ut quicunque ad sacerdotii ordinem promotus fuerit, nisi prius beneficium ecclesiasticum habuerit, unum annum in ecclesia Upsalensi ministret, ad officia sua melius discenda. — Calend. Maji. 1. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 170. p. 102.

1261. 13. Maji. [1061.] CAPITULI RIPENSIS appellatio ad curiam Romanam contra sententias a dño archiepiscopo Lundensi, JACOBO, erga illud fortasse ferendas, occasione constitutionis "*Cum ecclesia Daciana*" a capitulo non servatæ. — *Ripis*, tertio idus Maji.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 206—7.

12. Julii. [1062.] Literæ, quibus ERICUS, dux Jutiæ, libertates et immunitates, capitulo Slesvicensi concessas, confirmat, aliaque quædam nova privilegia addit. — *Schleswick*, IIII. idus Julii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 977. Cfr. Westphalen Monum. ined. IV. 3114—15.

17. Julii. [1063.] Literæ, quibus PETRUS HWID omnibus notum facit, se monasterio S. Wilhelmi in Ebbleholt bona sua in Mynghe sita contulisse. — *Esrom*, proxima domin. post translationem s. Benedicti abbatis.

Langebek Scriptt. VI. 162—63.

[1064.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum. § 11. "Item injungimus prioribus provincialibus et definitoribus provinciarum Hispaniæ, Romanæ, Provinciæ, Teutoniæ, Poloniæ, Ungariæ, DACIÆ, quod ordinent, quod fratres juniores et docibiles in logicalibus instruantur. In provincia vero Teutoniæ instituant duo vel tria studia hujusmodi in conventibus idoneis ad prædicta". — *Apud Barchinonam.*

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecd. Tom. IV. 1730.

1262.

1262. 15. Maji. [1065.] URBANI (IV^ti) ad priorem provincialem fratrum Prædicatorum in Dacia literæ, de acceleranda collectione pecuniæ in subsidium terræ sanctæ, non obstantibus indulgentiis fratribus, antea datis (ne pecuniam colligere teneantur). — *Viterbii*, id. Maji, pontif. anno primo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 481. p. 409.

28. Maji. [1066.] ESTRIDIS filiæ dñi Nicolai filii Alexandri testamentum, quo omnia bona sua claustro sanctimonialium in Byrthingi et sanctæ Claræ Roskildis donat et scotat; executoribus testamenti denominatis Jacobo archiepiscopo Lundensi, Erlando archidiacono ibidem et domino Nicolao Öndæsun. — *Byrthingi*, V. calend. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 978. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 857. p. 709—10.

17. Decbr. [1067.] Alberti et Johannis, ducum de Brunswich, literæ super venditione unius sartaginis in salina Luneburgensi. — Inter præsentes nominantur ESGERUS, Ripensis episcopus, et Ernestus de Glichen. — *Wernemunde*, calend. Januarii XVI.

Westphalen Monum. ined. III. 1506.

[1068.] NICOLAI ARCHIDIACONI ET CAPITULI RIPENSIS transscriptum literarum Eschilli episcopi Slesvicensis, supra sub no. 852. allatarum.

Langebek Scriptt. VIII. 211—12.

1263.

1263. 5—18 Febr. [1069.] Literæ TUKONIS episcopi Arusiensis ad d. J. Lamb et præpositum Yvarum, canonicos Arusienses, ut moneant abbatem et conventum Caræ Insulæ circa procurationes episcopo debitas. — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 270.

Februario. [1070.] B(oëtii) abbatis in Öm ad T(ukonem) episcopum Arusiensem literæ, in quibus procurationes postulatas ei præstare recusat. — Sine anno.

Langebek Scriptt. IV. 270—71.

[1071.] Literæ HERMANNI DE WYSBU, ordinis fratrum prædicatorum, papæ pœnitentiarii capellani et nuntii, de domicella Agnete, filia defuncti regis Erici, aliisque nonnullis feminis (haud nominatis) nec non duabus beginis, Tybica et Elysabeth, sororum ordinis Augustini habitum Roskildis assumentibus. — *Roskildis*, idib. Martii. 1263. 15. Martii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 979.

[1072.] Literæ abbatum *A.* de Herivado, E(SBERNI?) de Esrom, A(SGOTI) de Vitæ scola, J(ACOBI) de Sora, N(ICOLAI) de Tuta Valle, *M.* de Insula Dei, J(OHANNIS) de Loco Dei, *M.* de Rure regio, ad d. J(acobum) archiepiscopum Lundensem, de sententia excommunicationis per T(ukonem) episcopum Arusiensem super abbatem et conventum de Cara Insula lata. — Sine anno. Majo.

Langebek Scriptt. V. 276—77.

[1073.] Literæ abbatum *A.* de Herivado, *E.* de Esrom, *N.* de Tutavalle, *A.* de Vitæ scola, *M.* de Insula Dei, — ad papam U(rbanum IIII), circa injurias abbati B. de Cara Insula per T. episcopum Arusiensem illatas. — Die b. Johannis ante portam latinam. 6. Maji.

Langebek Scriptt. V. 278.

[1074.] Literæ abbatum *A.* de Herivado, *E.* de Esrom, *N.* de Tuta valle, *A.* de Vitæ scola, et *M.* de Insula Dei, ad Cardinales, circa injurias abbati B. de Cara Insula per T., episcopum Arusiensem, illatas. — Die b. Joh. ante portam lat. 6. Maji.

Langebek Scriptt. V. 278.

[1075.] Literæ abbatum *A.* de Heriwado, *E.* de Esrom, *A.* de Vitæ scola, *J.* de Sora, *N.* de Tuta Valle, *J.* de Loco Dei, *M.* de Insula Dei, *M.* de Rure regio, ad J. abbatem Cystercii et quatuor primos abbates, ac totum capitulum generale, circa injurias, abbati B. de Cara Insula per T., episcopum Arusiensem, illatas. — Die s. Joh. ante portam lat. 6. Maji.

Langebek Scriptt. V. 279.

[1076.] Literæ A(SGOTI) de Vitæ scola, *M.* de Insula Dei, et N(ICOLAI) de Tuta Valle, circa appellationem litis inter Tuconem episcopum Arusiensem et claustrum Caræ Insulæ obtinentis, per abbatem dicti claustri B(oëtium) ad sedem apostolicam institutam. — In cathedr. eccl. Arusiensi, VI. id. Maji. 10. Maji.

Langebek Scriptt. V. 275—76.

[1077.] Literæ TUKONIS episcopi Arusiensis ad B(oëtium) abbatem in Öm, de monachis quibusdam claustri, sacra officia, contra mandatum episcopi, in ecclesiis parochialibus peragentibus. — Sine anno. post 10. Maji.

Langebek Scriptt. V. 277—78.

[1078.] Literæ, quibus MARGARETA, relicta dni Johannis Gunnissun, debita parte bonorum ipsius hæredibus jam in communi placito Wibergensi assignata, habitum sororum s. Claræ, ordinis s. Damiani, Roskildis assumens, dicto claustro bona sua residua confert. *Roskildis*, calend. Januarii XVI. 17. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. X. 979—81.

[1079.] NICOLAI Wiburgensis episcopi, et cancellarii regis Danorum literæ, quibus immunitatem fundorum, ad monasterium Viteschol*æ* pertinentium, a decimis ecclesiis parochialibus solvendis, confirmat. — *Apud Vitescolam*, calend. Junii duodecimo. 21. Maji.

Dän. Biblioth. VI. 178—79.

[1080.] URBANI (IV^{ti}) papæ literæ, quibus Tuchoni episcopo Arusiensi imperat, ut Agneti Erici regis filiæ libertatem concedat, monasterium in dioecesi Roskildensi construendi. — *Apud urbem veterem*, II. calend. Julii, pontif. anno secundo. 30. Junii.

Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 719.

1263. 13. Septbr. [1081.] URBANI (IV^ti) papæ bulla ad Thrugotum, electum Revaliensem, qua electionem ejus, a Margareta regina Daciæ factam, irritam et cassam declarat, sed ipse, cum et doctrina et vita commendabilem eum cognoscat, ex auctoritate apostolica eum in cathedra confirmat. — *Apud urbem veterem*, idib. Septembr. pontif. anno III.

Skand. Literat. Selsk. Skr. 21. Bd. p. 48—50.

25. Septbr. [1082.] Literæ ERICI ducis Jutiæ de compositione inter claustrales Loci Dei et Jacobum Tuwissen super silva Drowidt, quæ vocatur *Stuff*. — Calend. Octobris septimo.

Langebek Scriptt. VIII. 38—39.

1. Octobr. [1083.] URBANI (IV^ti) papæ literæ super privilegio quodam omnibus in Dania cruce signatis et signandis concesso, ad episcopum ... Arusiensem. — *Apud urbem veterem*, calend. Octobris, pontif. anno tertio.

Langebek Scriptt. VI. 393—94.

1. Octobr. [1084.] URBANI (IV^ti) papæ ad clerum Daniæ literæ, ubi significat, se negotium terræ sanctæ episcopo Arusiensi specialiter commisisse, rogatque eos et monet, ut eundem omni auxilio sublevent, nullis obstantibus privilegiis. — *Apud urbem veterem*, calend. Octobr. pontif. anno III.

Skand. Literat. Selsk. Skr. 21. Bd. p. 17—18.

3. Octobr. [1085.] URBANI (IV^ti) papæ ad episcopum Arusiensem literæ, quibus ei auctoritatem per censuram ecclesiasticam compescendi, interdicta suspendendi, etc., concedit, ad negotium terræ sanctæ promovendum. — *Apud urbem veterem*, V. non. Octobr. pontif. anno III.

Skand. Literat. Selsk. Skr. 21. Bd. p. 21—35.

1. Octobr. [1086.] URBANI (IV^ti) papæ ad episcopum Arusiensem literæ, quibus eum ad negotium terræ sanctæ promovendum magnopere instigat et maxima auctoritate instruit. — *Apud urbem veterem*, IV. non. Octobr. pontif. anno III.

Skand. Literat. Selsk. Skr. 21. B. p. 19—24.

21. Octobr. [1087.] Literæ abbatum *E.* de Esrom, *J.* de Loco Dei et *M.* de Rure regio, ad papam U(rbanum IIII), circa injurias Th(uroni) abbati de Cara Insula, monachis hujus claustri, aliisque, per episcopum Arusiensem illatis. — Die beatarum IX (XI. M.) Virginum.

Langebek Scriptt. V. 281—82.

28. Novbr. [1088.] Dronning MARGRETES Brev, hvorved hun tilskjöder Biskop Esger i Ribe alt Skanul Thorstensens Gods. — *Randrus*, IIII. calend. Decembr.

Hvitfeldt Bispe-Krön. p. 23. Tydsk Overs. hos Pontoppidan, Annal. I. 713. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 981.

10. Decbr. [1089.] ESGERI episcopi Ripensis literæ, quibus notum facit, quod Nösiggus (s. Nösingus) Ubbisen, civis Ripensis, scotaverit "monachis de Löghum tabernam quandam cum fundo, sitam in civitate Ripensi, juxta forum, quæ dicitur *Kiödtmagger schamel*". — *Ripis*, idus Decembris quarto.

Langebek Scriptt. VIII. 239.

[1090.] R(OGERIUS) de Newill, capitanei regii in comitatibus ultra Trentam et comitatu Eborum, literæ ad cancellarium regis Henrici III^tii, W(illelmum) de Merton, ut mitti sibi curet auxilia ad tuendos comitatus et castra, quæ custodiæ ejus a rege credita erant, nam audivisse se dicit, regem Daniæ una cum rege Norvegiæ cum magna multitudine navigii in forencisis *(sic)* insulis Scotiæ applicuisse. — (Regni Henrici III^tii anno 47mo).

Rymeri Foedera ed. Clarke et Holbrooke Vol. I. P. I. p. 129. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 197.

1264.

[1091.] Urbani (IV^ti) papæ bulla, qua Erico Daniæ regi et matri ejus reginæ Margaretæ indulget, ut neque archiepiscopus Lundensis neque episcopus Roskildensis, qui, cum inimicos regis se præstiterant, e regno expulsi fuerant, auctoritatem habeant "in personas excommunicationis, aut terras vestras interdicti sententias auctoritate propria promulgare". — *Apud urbem veterem*, IV. non. Januar. pontif. anno tertio. 2. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 493. p. 416—17.

[1092.] Urbani (IV^ti) papæ bulla, de indulgentia Erico Daniæ regi et matri ejus reginæ Margaretæ data, "ut, cum generale vel speciale terræ fuerit interdictum, liceat vobis et familiæ vestræ in capellis vestris per capellanos proprios, januis clausis, interdictis et excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, summissa voce (missam) facere celebrari etc." — dummodo ipsi non causam dederint interdicto, vel non ab aliis quam archiepiscopo Lundensi aut episcopo Roskildensi, durante odio eorum in domum regiam, interdicti fuerint. — *Apud urbem veterem*, IV. non. Januar. pontif. anno tertio. 2. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 494. p. 417.

[1093.] Urbani papæ (IV^ti) mandatum ad Nicolaum episcopum Viburgensem, ut omnia quæ sunt episcopalis ordinis in dioecesi Lundensi exercere procuret, quamdiu Jacobus Erlandi, archiepiscopus, absens esset. — *Apud urbem veterem*, IV. non. Januar. pontif. anno tertio. 2. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 495. p. 417—18.

[1094.] Procuratorium (per Th[cronem] abbatem in Cara insula editum) dñi Laurencii et fratris Boecii, monachorum, ad curiam Romanam missorum circa appellationem litis inter claustrum dictum et episcopum Arusiensem exortæ. — V. calend. Februar. 28. Januar.

Langebek Scriptt. V. 282.

[1095.] Erici ducis Jutiæ literæ protectoriæ, datæ claustro sanctimonialium beati Iohannis in Sleswic, quibus simul omnes villici et coloni ejusdem monasterii a servitiis et exactionibus, juri ducis attinentibus, liberi dimittuntur, urbium ædificatione et terræ defensione excepta. — *Sleswik*, mense Martii. Martio.

Westphalen monum. ined. III. 361.

[1096.] Esgeri, episcopi Ripensis, ad parochianos de Daler literæ, quibus prohibet, "ne quis præter consensum domini abbatis de Löghum de ecclesia" Daler "se intromittat ibidem vicarium instituendo, aut res ad ipsam vicariam attinentes disponendo". — *Ripis*, idus Martii. 15. Martii.

Langebek Scriptt. VIII. 131.

[1097.] Tuchonis episcopi Arusiensis literæ, quibus ex mandato sedis apostolicæ (vid. supra no. 1080.) Agneti Erici regis filiæ liberam indulget potestatem monasterium in dioecesi Roskildensi construendi. — *Arusi*, calend. April. 1. Aprilis

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 718.

[1098.] Urbani (IV^ti) papæ ad Jacobum Erlandi, archiepiscopum Lundensem, literæ, ubi multa ab eo maligne et perverse facta enumerat, jubetque, ut infra octo dies post receptionem harum literarum nunus suum cedat priori de Halmstadia, Lundensis dioecesecos, et subpriori fratrum Predicatorum Lundensium, ad hoc accipiendum specialiter missis. — *Apud urbem veterem*, II. non. Aprilis, pontif. anno tertio. 1. Aprilis.

1264. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 496. p. 418—21. Langebek Scriptt. V. 609—12. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 266—269. German. interpr. ap. Pontoppidan, Annal. eccl. Dan. I. 714—717. Epit. ap. Holberg, Danm. Hist. I. 347—48. Cfr. Raynald. Contin. Baron. ad an. 1264. XLIII. Tom. III. p. 145—46.

1. Aprilis. [1099.] URBANI (IV^ti) papæ ad priorem de Halmstadia Lundensis dioecesis et subpriorem fratrum Prædicatorum Lundensium literæ, quibus iis injungitur, literas clausas Jacobo Erlandi archiepiscopo tradere, cessionem ejus recipere, et in totum de negotii hujus progressu referre. — *Apud urbem veterem*, II. non. Aprilis, pontif. anno III.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 497. p. 421—22.

20. Aprilis. [1100.] ERICUS, dux Jutiæ, Sleswicenses a theloneo, Torgiald et aliis solutionibus liberos et exemptos dimittit. — *Sleswic*, die Pasche.

Noodt Beyträge I. p. 166—167. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 522. 543.

22. Maji. [1101.] Literæ URBANI (IV^ti) papæ ad abbates de Ringstadio et de Nestwet, de injuriis, per T(uconem) episcopum Arusiensem Th(uroni) abbati Caræ Insulæ illatis, coercendis. — *Apud urbem veterem*, XI. calend. Junii, pontif. anno tertio.

Langebek Scriptt. V. 282—83.

22. Maji. [1102.] Literæ papæ URBANI (IV^ti) ad abbates de Ringstadio et de Nestwet, de lite, inter monasterium Caræ Insulæ et episcopum Arusiensem exorta. — *Apud urbem veterem*, XI. calend. Junii, pontif. anno III.

Langebek Scriptt. V. 283—84.

22. Maji. [1103.] Literæ papæ URBANI (IV^ti) ad præpositum et archidiaconum Sleswicensem, de injuriis nonnullis, Th. abbati et conventui Caræ Insulæ illatis, coercendis. — *Apud urbem veterem*, XI. calend. Junii, pontif. anno III.

Langebek Scriptt. V. 283.

22. Maji. [1104.] Literæ papæ URBANI (IV^ti) ad T. episcopum Arusiensem, de injuriis, per hunc monasterio Caræ Insulæ illatis. — *Apud urbem veterem*, XI. cal. Junii, pontif. anno III.

Langebek Scriptt. V. 284.

6. Junii. [1105.] Literæ GUIDONIS, s. Laurentii in Lucina presbiteri cardinalis, ad abbates de Rinkstadio et de Næstweth et priorem provincialem fratrum (Prædicatorum) regni Daciæ, circa litem inter monasterium Caræ Insulæ et episcopum Arusiensem exortam. — *Apud urbem veterem*, VIII. id. Junii, pontif. Urbani IV. anno III.

Langebek Scriptt. V. 285.

26. Junii. [1106.] Literæ, quibus Barnim, dux Slavorum de Stetin, burgensibus in Grepswald jus Lubecense confert; ubi inter alia hæc occurrunt verba: "Insuper scire debetis, quod venerabilis dominus abbas Hyldensis cum consensu sui conventus, consentiente patre ABBATE ESROMENSI, si ipsa civitas (Grepswald) a quibusdam per jus canonicum aggravata et impulsata fuerit, veraciter promisit pro ipsa civitate respondere et labores facere et a dampno eripere". — *Grypeswald*, VI. calend. Julii.

Schwartz Gesch. der Pomm. Rüg. Städte p. 261.

7. Julii. [1107.] URBANI (IV^ti) papæ ad Wibergensem et Arhusiensem episcopos mandatum, ut Petro subdiacono Lundensi canonicatum in eadem ecclesia, si idoneus ad hoc munus esset, procurarent. — *Apud urbem veterem*, nonis Julii, pontif. anno tertio.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 498. p. 422—23.

7. Julii. [1108.] Literæ JOHANNIS (cardinalis), Portuensis et s. Rufinæ episcopi, ad priorem provincialem fratrum Prædicatorum regni Daciæ et abbates de Rinkstadio et de Nestwæth,

circa injurias, Th(uroni) abbati et conventui Caræ Insula per Arusiensem episcopum illatas. — *Apud urbem veterem*, nonis Julii, pontificat. Urbani IV. anno tertio. 1264. 7. Julii.

Langebek Scriptt. V. 284—85.

[1109.] Margaretæ Danorum reginæ diploma, Lubecensibus gratiam specialem tribuens, ut, si naufragium intra terminos regni Daniæ patiantur, bona omnia, "quæ Wreck vulgariter dicuntur", in possessione teneant et pro voluntate sua disponant. — *Rostochii*, in crastino assumtionis Mariæ. 16. Augusti.

Dreyer spec. de naufr. p. LXVII.

[1110.] Literæ Philippi abbatis Clarevallis ad Margaretam reginam Daciæ etc., circa injurias, monasterio Öm per T(uchonem) episcopum Arusiensem illatas. — *Clarevallis*, feria VI. post natalem Virginis gloriosæ. 12. Septbr.

Langebek Scriptt. V. 285—86. Suhmius, qui per *feriam sextam* non *diem Veneris* sed *diem sextum* intelligit, has literas ad diem XIV. Septbr. refert (Hist. af Danmk. X. 521).

[1111.] Erici Danorum regis diploma, quo jura ecclesiæ Lundensis in civitate Lundensi et platea, quæ dicitur Saxægilde strætæ, in nundinis Scaniensibus confirmat. — *Roskildis*, XI. calend. Novembr. 22. Octbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 499. p. 423.

[1112.] Literæ E(sgeri) Ripensis et N(icolai) Sleswicensis episcopi, de conventione inter Thuronem abbatem de Cara insula et Tukonem, episcopum Arusiensem, circa procurationes inita. — *Arus. in ecclesia b. Clementis*, in crastino b. Catharinæ virginis. 26. Novbr.

Langebek Scriptt. V. 287.

[1113.] Erici ducis Jutiæ testimonium, quod tempore, quo unacum Jaromaro principe Ryanorum exercitum in dioecesim Roskildensem duxerat, Petrum episcopum Roskildensem in extremitate suæ dioecesis invenerit, eumque ob spem reconciliationis vel treugarum ad castrum suum Köpmanhafn reduxerit.

Kjöbenhavnske Selskabs Skrifter, VI. p. 220.

1265. 1265.

[1114.] Erici regis statutum, "ut omnes et singuli, laici, clerici seu claustrales, qui terras aut possessiones a tempore Waldemari regis jure obtinuerunt emptionis, vel obtinebunt de futuro in civitate Ripensi, ad exsolvendas de illis generales solutiones, sicut et alii concives ibidem, quotienscunque opus fuerit, teneantur". — *Ripis*, secundo die Pentecostes. 25. Maji.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 687. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. over Ribe p. 160—61. Juxta Suhmium (Hist. af Danmk. X. 539) rex die 26. Maji literas alias edidit Worthingaburgi.

[1115.] Clementis (IV^ti) papæ ad Guidonem, tit. s. Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem, literæ, quibus eum legatum in Daciam et Sveciam mittit, specialiter ei injungens, ut discordias inter reginam Daciæ et prælatos regni nonnullos ortas, et ab inimico quodam homine nutritas, sedet. — *Perusii*, VI. id. Junii, pontif. anno I. 8. Junii.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1265. LI. Tom. III. p. 171.

[1116.] E(rici) regis literæ, quibus adjudicat "monachis de Esrom bona in Blaustruth, ipsis legata per dominum Jacobum Thyrison in pium animæ suæ refrigerium multis bonis præsentibus ordinationi testamenti ipsius et postmodum etiam per ipsius hæredes scotata eis in audientia placiti", et "factum tam pium" confirmat, "ut digne permaneat inconcussum". *Roskildis*, in die Barnabæ apostoli. 12. Junii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. L^b.

1265. 12. Junii. [1117.] CLEMENTIS (IV^ti) papæ ad duces, marchiones, comites, barones et universos Christi fideles in Daciæ et Sveciæ regnis, nec non in Bremensi, Magdeburgensi, Salzburgensi et Gneznensi provinciis constitutos epistola, ut Guidonem, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem, legatum sedis apostolicæ, devote excipiant. — *Perusii*, II. id. Junii, pontif. anno primo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 505. p. 427—28. Hanc epistolam, ut videtur, Suhmius ad ann. 1267 refert (Hist. af Danmk. X. 589.).

22. Junii. [1118.] CLEMENTIS (IV^ti) papæ literæ, quibus omnes libertates et immunitates ecclesiæ sive capituli Arusiensis confirmat. — *Perusii*, X. calend. Julii, pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. VI. 394. Has literas Suhmius et ad ann. 1188 et ad an. 1265 refert (Hist. af Danmk. VIII. 169. X. 540).

11. Julii. [1119.] CLEMENTIS (IV^ti) papæ literæ, quibus omnes libertates episcopo, capitulo et ecclesiæ Arusiensi concessas, confirmat. — *Perusii*, V. idus Julii, pontif. anno primo.

Langebek Scriptt. VI. 394. Has literas Suhmius alio loco (Hist. af Danmk. VIII. 169.) ad ann. 1188, alio vero (l. c. X. 540) ad ann. 1265 refert.

15. Julii. [1120.] ERICI regis literæ protectoriæ, datæ monasterio Esromensi. — *Roskildis*, an. domini M°.CC°. LX°. V°. idus Julii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 984. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLIX^b—L. Nonne hæ literæ ad d. XI. Julii an. 1260 referri debent?

5. Augusti. [1121.] ERICUS, dux Juciæ, civibus Bremensibus, qui in ducatum suum pacifice cum mercibus venire voluerint, salvum conductum promittit. — *Sleswik*, in die beati Dominici confessoris.

Cassel Nachr. von Freiheitsbriefen d. Stadt Bremen p. 8. Michelsen Urkundensamml. I. 88.

22. Septbr. [1122.] Hertug ERIK af Jyllands Brev til hans Undersaatter i Ribe Stift, at de skulde vise Biskop Esger af Ribe den skyldige Lydighed, da han nu var forligt med bemeldte Biskop. — *Aabenraa*, die Mauritii et sociorum ejus.

Hvitfeldt Bispe-Krön. p. 23. Paa tydsk oversat i Pontoppid. Annall. eccles. Dan. I. 720—21.

22. Septbr. [1123.] Literæ, quibus CLEMENS (IV^tus) papa claustrum Roskildense s. Claræ sub speciali b. Petri suaque protectione suscipit, bonaque ipsius confirmat. — *Perusii*, X. calend. Octobr. pontif. anno primo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 984—85.

22. Novbr. [1124.] Privilegia, per CLEMENTEM (IV^tum) papam monasteriis ordinis s. Claræ (per totam Daniam) concessa. — *Perusii*, X. calend. Decembr. pontif. anno primo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 985—86.

31. Decbr. [1125.] CLEMENTIS (IV^ti) papæ ad Guidonem, tit. s. Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem et legatum sedis apostolicæ literæ, ut legatione Danica contentus Germanicam non ambiat. — *Perusii*, II. calend. Januar. pontif. anno I.

Martene et Durand. Thesaur. nov. anecdot. Tom. II. 259—60.

[1126.] Literæ CLEMENTIS (IV^ti) papæ ad Ericum Daciæ regem, ubi beneficia matris ecclesiæ in eum et regnum ejus, inprimis per legatum sedis apostolicæ Gerardum præstita, enumerat, quæ quod ingrato animo acceperit vituperat; monet deinde, ut consilia Guidonis sequatur, adjectis minis censuræ ecclesiasticæ, nisi libertatem ecclesiasticam restitueret, eamque contra injurias procerum tueretur. — Sine anno.

Epit. ap. Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1265. LIII—LVII. Tom. III. p. 174—76. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 538—39.

[1127.] Literæ regis CHRISTOPHORI (leg. ERICI), quibus vetat, ne cives Nestvetenses aliunde sibi recipiant tutores. 1265.

Epit. apud Langebek Scriptt. IV. 339.

1266. 1266.

[1128.] GUIDONIS, sedis apostolicæ legati et tituli s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, decretum, episcopo Raceburgensi missum, quo omnes mercatores, pro negotiationibus licitis et honestis per omnes terminos "DACIÆ, Sveciæ, Slaviæ, Pomeraniæ, Frisiæ et Albiæ" sub protectionem sedis apostolicæ et legati suscipiuntur, et speciatim si forte naufragium passi essent, tum bona eorum ex naufragio servata iis vel hæredibus libera esse jubentur; adjutoribus "propter deum" indulgentiæ centum dierum promittuntur; rapaces, vel qui rapta emerint, poenam excommunicationis incurrisse dicuntur. — *Lubek*, V. idus Januar. Clementis IV. pontif. anno I. 9. Januar.

Dreyer Spec. de naufr. p. XXX—XXXI. Langebek Scriptt. VIII. 431—32.

[1129.] Universitatis abbatum Daciæ Cisterciensis ordinis transsumptum bullæ Alexandri IV. papæ (datæ Viterbii, VI. cal. Julii, pontif. anno tertio ɔ: an. 1257.), qua ordini Cisterciensi indulgetur, ut ad collectas vel alias exactiones præstandas non teneatur, si in literis sedis apostolicæ vel legatorum ejus hujus indulgentiæ et ordinis Cisterciensis nulla facta fuerit mentio. — *Apud Soram*, mense Martio, in crastino dominicæ Lætare Jerusalem. 8. Martii.

Langebek Scriptt. VIII. 200—201. Cod. Esrom. fol. XXXIII[b].

[1130.] Libertates ERICI regis, datæ civibus Ripensibus, "ut, ubicunque intra terminos regni negociationis causa cum suis mercimoniis devenerint, liberi esse debeant et exempti penitus a solutione thelonei, Torffue-gield, Strandwrag", nec non, "ut quicquid senatores et consules dictorum (civium) simul cum advocato regio ibidem faciendum decreverint, ratum et stabile, remota quorumcumque concivium reclamatione, habeatur". — *Apud Nyburg in concilio*, in secunda feria proxima post dominicam passionis. 15. Martii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 687—88. Interpr. Dan. ap. Galthen, Beskr. ov. Ribe p. 161.

[1131.] Literæ, quibus ERICUS rex villanis de Nachschof possessionem "*fortæ*" cujusdam et campi Sigherszegsi confirmat. — *Nachschof*, calend. Maji VII. 25. Aprilis.

Suhm Hist. af Danmk. X. 988. cfr. XI. 134. 170.

[1132.] ERICI Danorum regis diploma, quo testatur, Gudmundum, canonicum Lundensem, ex parte dominæ Luciæ matris suæ, curiam quandam juxta fratrum Prædicatorum Lundensium cimiterium sitam, in præsentia sua et reginæ matris suæ ecclesiæ Lundensi scotasse; ("præsentibus dominis Nicholao dapifero, et Matthæo quondam dapifero" editum). — *Roskild*, pridie calend. Maji. 30. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 509. p. 129—30.

[1133.] Literæ MARGARETÆ, reginæ Danorum, ad abbatem conventumque in Öm, de debita obedientia episcopo Arusiensi T. præstanda. — Sine anno et die. Majo.

Langebek Scriptt. V. 290—91.

[1134.] Literæ, quibus MARGARETHA regina, — cui filius, Ericus rex, terras Esthoniæ et Wironiæ ad dies vitæ ipsius assignaverat, — civibus de Reval libertates et jura Lubecensia confirmat. — *Roschildis*, III. id. Maji. 13. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. X. 988.

1266. ante 21. Maji. [1135.] Literæ ABBATUM CYSTERCIENSIS ORDINIS IN DANIA ad G(uidonem), s. Laurentii presbyterum cardinalem, apost. sedis legatum, circa injurias monasterio de Kara Insula per episcopum Arusiensem illatas. — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 288.

21. Maji. [1136.] Literæ admonitoriæ GUIDONIS, s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apost. sedis legati, ad T(uchonem) episcopum Arusiensem, circa injurias varias, per hunc monasterio Caræ Insulæ illatas. — *Roskildis*, XII. calend. Junii, pontif. Clementis IIII. anno II.

Langebek Scriptt. V. 289—90.

Majo. [1137.] Literæ secundæ admonitoriæ GUIDONIS, s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, sedis apost. legati, ad T. episcopum Arusiensem, circa injurias, monasterio Caræ Insulæ illatas. — *Roskildis*, sine anno.

Langebek Scriptt. V. 291.

8. Junii. [1138.] GUIDONIS, tit. s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis et apostolicæ sedis legati diploma, quo omnibus, qui devoto animo ecclesias fratrum Prædicatorum in Dania et Svecia certis diebus festis frequentaverint, indulgentias XL dierum promittit. [Ex vidimatione N. episcopi Vibergensis, illustris regis Daciæ cancellarii, anno dñi MCCLXVI.]. — *Lundis*, VI. id. Junii, Clementis papæ anno II.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 510. p. 430.

15. Julii. [1139.] Literæ Thuconis, Arusiensis episcopi, quibus cantoriam ecclesiæ Arusiensis instituit. — *Arus*, idus Julii.

Langebek Scriptt. VI. 409—10. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 567—68. 404—405.

1. Augusti. [1140.] Literæ, quibus GUIDO, apostolicæ sedis legatus, omnibus, ad ecclesiam sanctæ Claræ Roskildis ædificandam auxilium præbentibus, omnibusque dictam ecclesiam cum devotione et reverentia visitantibus, LX dies de injuncta ipsis poenitentia relaxat. — *Roskildis*, calend. Augusti.

Suhm Hist. af Danmk. X. 986—87.

17. Augusti. [1141.] GUIDONIS, s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, literæ, quibus declarat, abbatem et conventum de Loco Dei ad solvendum sive contribuendum pro expensis seu procurationibus ipsius cum aliis personis ecclesiasticis non teneri. — *Ripis*, XVI. calend. Septembris, pontificatus domini Clementis papæ quarti anno secundo.

Langebek Scriptt. VIII. 200.

23. Augusti. [1142.] GUIDONIS, sacrosancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicæ sedis legati, literæ, quibus majori præposito ecclesiæ Slesvicensis mandat, ut abbatem et conventum monasterii Loci Dei in possessione ecclesiæ Bredwath indebite molestari non permittat. — *Ripis*, X. calend. Septembris, pontificatus domini Clementis papæ quarti anno secundo.

Langebek Scriptt. VIII. 116.

23. Augusti. [1143.] GUIDONIS, sacrosancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, ad abbatem et conventum monasterii Loci Dei literæ, quibus iis donationem seu collationem bonorum in Suanstorp et juris præsentandi ad ecclesiam de Bredewath, per Abelem regem factam, auctoritate qua fungitur confirmat. — *Ripis*, X. calend. Septembris, pontificatus domini Clementis papæ quarti anno secundo.

Langebek Scriptt. VIII. 117. 127—28. 128—29.

25. Augusti. [1144.] GUIDONIS, tit. s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis et apostolicæ sedis legati literæ, quibus relaxat centum dies de poenitentia ipsis imposita, qui in ecclesia

Ripensi reparanda manus porrexerint adjutrices. — *Rippis*, VIII. calend. Septembr. pontif. Clementis IV. anno secundo. 1266. 25. Augusti.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 84. Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I. 725.

[1145.] Erici regis literæ, quibus indicat, se coram judicio Guidonis tit. S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis adesse noluisse in lite inter ipsum exorta et archiepiscopum Lundensem, episcopum Roskildensem et Otthoniensem; sese vero ad ipsum pontificem Romanum esse provocaturum. — *Ripis*, calend. Septembr. VI. 27. Augusti.

Langebek Scriptt. V. 607—609. Interpr. Dan. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 270. Interpr. German. ap. Pontoppidan, Annal. eccles. Dan. I. 721—23.

[1146.] Literæ Esgeri episcopi Ripensis, quibus testatur, Nicolaum filium Asceri Ingretssen abbati et conventui Loci Dei bona quædam in Bilstedterp et Burlundmarck, molendinum in Arndrup ac duo otting terræ in Arndrop marck vendidisse et scotavisse. — *Ripis*, proximo sabbato ante nativitatem beatæ Mariæ virginis. 4. Septbr.

Langebek Scriptt. VIII. 148.

[1147.] Literæ, quibus Johannes et Petrus, filii Aceri Ingretssen, testantur — ut dicunt — "nos consensum et bonam voluntatem nostram cum consilio cognatorum nostrorum adhibuisse venditioni et scotationi, quæ est inter dominum abbatem et conventum Loci Dei .... et fratris nostri Nicholai (sic), de omnibus patrimonialibus (bonis) suis in Bilstedterp, et molendino in Arndrop et duobus octonis integris in Arndrop marck .... a dictis claustralibus, sine contradictione vel molestia cujuscunque personæ, jure perpetuo possidendis". — *Ripis*, in nativitate gloriosæ virginis. 8. Septbr.

Langebek Scriptt. VIII. 149.

[1148.] Guidonis cardinalis, apostolicæ sedis legati, literæ ad parochianos ecclesiæ de Bredeuath, quibus prohibet, ne abbatem et conventum monasterii Loci Dei in pacifica dictæ ecclesiæ possessione molestent. — *Apud Lubeck*, IIII. nonas Novembris, pontificatus domini Clementis papæ quarti anno secundo. 2. Novbr.

Langebek Scriptt. VIII. 125.

[1149.] Literæ Guidonis, apost. sedis legati, ad fratres prædicatores in Dania de sententia interdicti, in omnes terras regis Daciæ per ipsum legatum lata, diligenter observanda. — *Lubeke*, IIII. id. Novembr. 10. Novbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 987.

[1150.] Libellus, in quo abbas et conventus de cara Insula injurias, monasterio per episcopum Arusiensem illatas recensent. — Sine anno et die. ante 30. Novbr.

Langebek Scriptt. V. 292—94.

[1151.] Literæ Guidonis, s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apost. sedis legati, ad electum Slesvicensem, ut abbati conventuique Caræ Insulæ contra persecutores ipsius defensionis præsidio assistat. — *Magdeborgh*, II. calend. Decembr. 30. Novbr.

Langebek Scriptt. V. 295.

[1152.] N(icolai) Wibergensis episcopi, regis Daciæ cancellarii, vidimatio bullæ Clementis papæ IV^ti, datæ V. id. Octobr. 1265, de centum dierum indulgentiis, iis concessis, qui ecclesias ordinis Prædicatorum certis diebus festis frequentaverint. — *Wibergis*.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1710. p. 649—50.

[1153.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum: § 15. "Absolvimus priores provinciales provinciæ Provinciæ, Teutoniæ, Daciæ". — *Apud Trevirim*.

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1743.

1267.

1267.

3. Februar. [1154.] Literæ, quibus BONDO episcopus Slesvicensis priori Prædicatorum in Arus mandat, ut episcopum Arusiensem pro tribunali ipsius Bondonis in Flensburg citet. — Die Blasii martyris.

Langebek Scriptt. V. 295–96.

Februario? [1155.] Literæ ABBATUM CISTERCIENSIS ORDINIS IN DACIA ad regem Ericum, de injuriis, monasterio Caræ Insulæ hujusque abbati Thuroni per episcopum Arusiensem T(uchonem) illatis. — Sine anno.

Langebek Scriptt. V. 296.

22. Februar. [1156.] Literæ, quibus ERICUS dux Juciæ claustrum Caræ Insulæ sub protectione sua speciali suscipit. — Calend. Martii VIII.

Langebek Scriptt. V. 297.

1. Aprilis. [1157.] Instrumentum "super separatione et divisione illustrium principum ALBERTI et JOHANNIS, ducum in Brunswic", ubi hæc verba occurrunt: "Similiter et bona eorum in DACIA et omnem actionem, quæ ipsos de DACIA contingere potest, habebunt etiam indivisam". — *Brunswic*, quinta feria ante Judica.

Scheid. Origin. Guelf. IV. Præf. p. 13. seqq.

27. Aprilis. [1158.] ERICI Danorum Slavorumque regis literæ, quibus civibus Lubecensibus — si qui eorum casu infortuito naufragium intra terminos regni Daniæ patiantur, et bona eorum, quæ Wreck vulgariter dicuntur, ad litora casu quocunque deveniant — omnia bona prædicta libera habere et de iis pro voluntate disponere permittitur. — *Ripis*, V. calend. Maji.

Dreyer specim. de naufr. p. XXXXV—VI. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 600.

28. Aprilis. [1159.] CLEMENTIS (IV^ti) papæ bulla, qua constitutionem Guidonis cardinalis de jure naufragii (vid. supra no. 1128.) confirmat, et jurisdictionem in his causis episcopo Raceburgensi commendat. — *Viterbii*, IV. calend. Maji, pontif. anno III.

Dreyer specim. de naufr. p. XXXI—XXXII. Langebek Scriptt. VIII. 430—31.

8. Maji. [1160.] CLEMENTIS (IV^ti) papæ ad Guidonem, tit. s. Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem et sedis apostolicæ legatum literæ, quibus a legatione Danica eum revocat, exiguum negotii successum ferocitati gentis tribuens. — *Viterbii*, VIII. id. Maji, pont. anno III.

Martene et Durand Thes. nov. anecd. Tom. II. 464. Staphorst Hist. eccles. Hamburg I. Theil, II. Bd. p. 50—51.

7. Junii. [1161.] Literæ THUCONIS, Arusiensis episcopi, quibus indicat, Andream, fratrem quondam domini Johannis Malend, X marcas auri et duas marcas argenti in terra in Aggistorpmarc in parochia Bitreth cum fundo et domibus et mobilibus universis, quos habuit in Aghistorp, Petro archidiacono et capitulo Arusiensis ecclesiæ scotasse. — *Arus*, idus Junii sept

Langebek Scriptt. VI. 410.

7. Junii. [1162.] ERICI Danorum regis privilegium, civibus Wismariensibus datum, ut s naufragium in Dania patiantur, quæ de bonis suis liberare potuerint, libere habeant, et præterea in nundinis Scanorensibus eadem jura atque Lubecenses obtineant. — *Niköping*, i Junii septimo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 292—93. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 860. p. 713—1

3. Augusti. [1163.] Acta judicialia BONDONIS, episcopi Slesvicensis, circa litem inter Tuconem episcopum Arusiensem et Thuronem abbatem totumque conventum monasterii de Cara Insul — *Sleswik*, in ecclesia b. Petri, III. non. Augusti.

Langebek Scriptt. V. 297—300.

[1164.] Bundonis episcopi Slesvicensis literæ testimoniales, "Tithusum Warfield" præposito ecclesiæ cathedralis Slesvicensis bona sua in Siseby et Ingersby scotasse. — In crastino assumptionis b. Mariæ virginis. 1267. 16. Augusti.

Epit. ap. Westphal. Monum. ined. IV. 3182. no. 8. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 603.

[1165.] Literæ Guidonis, s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apost. sedis legati, ad B(ondonem) episcopum Sleswicensem, confirmationem continentes sententiæ, per episcopum contra Tukonem episcopum Arusiensem latæ. — *Lybekæ*, IIII. non. Septembr. pontif. Clementis IV. anno III. 5. Septbr.

Langebek Scriptt. V. 300.

[1166.] Guidonis tit. s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, apostolicæ sedis legati literæ, quibus episcopo Lubecensi et ejus officialibus et vicariis mandat, ut per universas parochias dioecesis suæ et civitatis (Lubecensis) singulis diebus dominicis et festivis regem et reginam Daciæ ac fautores eorum (nominatim enumeratos), "candelis exstinctis et campanis pulsantibus, excommunicatos denunciari publice" faciant. — *Lubekæ*, IIII. idus Septembris, pontificatus domini Clementis papæ IIII. anno tertio. 10. Septbr.

Langebek Scriptt. VIII. 606—607. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 272—73. Cfr. Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I. 726—27.

[1167.] Guidonis tit. s. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis et sedis apostolicæ legati sententia lata de restitutione bonorum, quæ Ericus rex Daniæ et Margaretha regina, mater ejus, archiepiscopo Lundensi et episcopo Roskildensi abstulerant, et præterea Sacero præposito Lundensi, Nicholao Gothonis, canonico Roskildensi, et magistro Ro, canonico Ripensi, et Davidi, presbytero rectori ecclesiæ de Ruthe, Roskildensis dioecesis; quæ bona nisi rex et regina infra terminum definitum restituant, excommunicantur. — *In civitate Lubicensi*, mensis Septembris die decima, indictione undecima, pontificat. Clementis IV. papæ anno tertio. 10. Septbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 989—92. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 859. p. 710—713.

[1168.] Literæ, quibus Johannes filius Asceri, miles, notum facit, quod, tamquam tutor fratris sui Nicolai, gravi infirmitate depressi, monachis de Loco Dei bona quædam in Bilstedterp, Arndropmark, Alsle marck et Burlund marck, vendiderit et scotaverit. — *Ripis*, III. feria proxima post festum beator. Dyonisii et sociorum ejus. 11. Octobr.

Langebek Scriptt. VIII. 150—51.

[1169.] Clementis (IV^ti^) papæ ad Guidonem tit. s. Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem et legatum sedis apostolicæ literæ, jubentes, ut citius ad sedem apostolicam revertatur, et ita honori suo consulat, cum honestius sit, legatum generalem, ad partes Alemanniæ destinatum propter Corradinum, ei succedere, quam ut ei venienti cedat. — *Viterbii*, VII. calend. Novembr. pontif. anno III. 26. Octobr.

Martene et Durand Thes. nov. Anecdot. Tom. II. col. 535.

1268. 1268.

[1170.] Erici regis literæ protectoriæ, datæ religiosis de Esrom, quibus etiam omnes libertates, personas et bona eorum attingentes, quas ipse et progenitores ejus iis concesserunt, confirmat. — *Thorneburgh*, in cena domini. 5. Aprilis.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XLIX.

[1171.] Literæ E(rici) regis, quibus villanis de Stege sylvas et pascua circumjacentia regia in usum pecorum ipsorum concedit. — *Nestved*, XIV. Maji. 11. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. X. 993. Paludan Mœns Beskr. II. p. 285.

1268. 30. Maji. [1172.] CONRADI DE MANDERN, præceptoris domus Theutonicæ per Lyvoniam, testimonium, quod Lubecenses et universi mercatores sub certis conditionibus se obstrinxerint, "ut inimicis fidei, videlicet Ruthenis de Nogardia, hoc anno sua mercimonia non deferant", mediante prædicto Conrado et "NUNTIIS ILLUSTRIS REGIS DACIÆ domino Frederico episcopo Cariliensi ac postulato Darbetensi", nec non consensu dominorum terræ Lyvoniæ. — *Lubeke*, feria IIII. dierum sacrorum Pentecosten.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXI. p. 94—95.

7. Junii. [1173.] ERICUS rex omnes colonos, villicos et inquilinos, nec non omnia bona monasterii Esromensis ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria, innæ et stuth, et ceteris exactionibus regalibus, nec non ab urbium vel castrorum munitione, ædificatione et reparatione liberat, "nisi forsan quando communitas terræ requiratur". — *Sigerslöff*, idus Junii VII.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LI.

7. Junii. [1174.] Literæ, quibus ERICUS rex omnia bona canonicorum de Eppleholt ab expeditionis gravamine, impetitione exactoria omnique onere regio, libera dimittit. — *Sighers-löff*, VII. id. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 163.

11. Junii. [1175.] Privilegia per ERICUM regem sanctimonialibus de claustro s. Mariæ Roskildis concessa. — *Roskildis*, calend. Julii XVIII.

Suhm Hist. af Danmk. X. 993—94.

15. Junii. [1176.] Statuta civitatis Roskildensis, ab ERICO rege confirmata (cum additamentis recentioris ætatis). — Mense Junio, indictione XI., XVII. calend. Julii, anno regni XI. (IX.). (Lat. cum interpret. Dan. vetusta.).

Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 172—187. Interpretatio Danica edita est in: Danske Magazin V. 333—342.

29. Junii. [1177.] Literæ, quibus PETRUS ESBERNI FILIUS ecclesiæ Ebbleholt omnia sua bona in Hærlöffue, versus "Haffn." sita, confert. — *Ebbleholt*, die app. Petri et Pauli.

Langebek Scriptt. VI. 163.

5. Julii. [1178.] ERICI Danorum Slavorumque regis privilegia, Lubecensibus data: a) Ut tempore nundinarum apud Falsterbode "plenam jurisdictionem super debitis et rixis, quæ dicuntur Scheltword, inter ipsos personaliter vergentibus", obtineant. b) Ut quacunque die ad littus cum navibus et mercibus applicaverint, liceat naves exonerare et merces in terram deferre. — *In concilio apud Slaglos*, non. Julii III.

Lünig Teutsch. Reichsarch. Vol. XIII. P. Spec. IX. IV. Contin. I. Th. p. 1334 (cum die 23. Julii). Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1711. p. 650.

21. Octobr. [1179.] CECILIÆ, relictæ N(icolai) quondam stabularii, notificatio, quod multo plura bona hæredibus suis reliquisset quam monasterio S. Claræ Roskildensi dono scotasset. [Scotaverat enim bona sua in Hellelævæ macklæ cum attinentiis, sed reliqua erant: in Seylandia Gunnildæryth cum attinentiis, Ekithorp cum attinentiis, in Scania Okslef cum castro et attinentiis, Gotærslef cum molendino et attinentiis]. — *Roschildis*, XII. calend. Novembr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 994. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 861. p. 714—15.

18. Novbr. [1180.] Testamentum GROÆ, relictæ domini Esberni Wagnsun. — *Roschildis*, XIV. calend. Decembr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 995—97.

20. Novbr. [1181.] ERICI ducis Jutiæ literæ, quibus BUNDONI episcopo Slesvicensi bona sua in Sundergosherd, quæ dicuntur Andel, "ad cautionem" scotat, donec villæ Brokeslot, Broders-

buie et Huxmark in Swantzen, antea Nicolao episcopo scotatæ, sed Gerhardo comiti Holsatiæ obligatæ, libero usui ipsi cedant. — *Apud Sleswig*, duodecimo calend. Decembr. 1268. 20. Novbr.

Cypræi Annall. episc. Slesv. p. 284—85. Westphalen Monum. ined. III. 291. IV. 3115. Pontoppidan Annal. eccl. Dan. I. 731. Noodt Beyträge II. p. 14—17.

[1182.] Erici regis literæ, quibus omnes villicos et colonos, ad mensam communem canonicorum et fabricam ecclesiæ Arusiensis pertinentes, ab omni jure regio liberat. — Calend. Decembr. VI. 26. Novbr.

Langebek Scriptt. VI. 401—2.

1269. 1269.

[1183.] Erici Danorum regis diploma, quo privilegia et possessiones, quas monasterium Viteschola tenuit, confirmat, monasteriumque sub protectione sua suscipit. — *Alæburgh*, die purificationis Mariæ. 2. Febr.

Dän. Biblioth. VI. 149—50.

[1184.] Mechtildis, quondam reginæ Daciæ, collatio areæ juxta coenobium sancti Pauli in civitate Slesvicensi sitæ et ædificiorum ibi exstruendorum ad usum fratrum Minorum in Slesvic. — *In Kyl*, V. idus Februarii. 9. Febr

Noodt Beyträge I. 1. Cfr. Westphal. Monum. ined. IV. 3182. no. 10.

[1185.] Erici Danorum Slavorumque regis et ducis Esthoniæ, ac Margaretæ reginæ matris ejus ad pontificem Romanum literæ, quibus significant, se magistro Nicolao cancellario regis, et Petro Arusiensi archidiacono, nuntiis ad sedem apostolicam missis, de causa regis contra Jacobum archiepiscopum Lundensem, Petrum Roskildensem episcopum, Sacerum præpositum Lundensem, mag. Ro canonicum Ripensem et David, rectorem ecclesiæ de Ruthe, Roschildensis dioeceseos, plenam potestatem dedisse ad paciscendum, componendum et compromittendum, quoad hanc causam pertineret, prout viderent expedire. — *Nyburgh*, IV. non. Aprilis. 2. Aprilis.

Raynald. contin. Baron. ad ann. 1269. IX. Tom. III. p. 258.

[1186.] Esgeri episcopi Ripensis literæ supplices ad sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summum pontificem, quem rogat, ut literas Guidonis cardinalis, supra sub no. 1143. allatas, confirmare velit. — II. idus Aprilis. 12. Aprilis.

Langebek Scriptt. VIII. 128—29.

[1187.] Jus municipale Ripense, ab Erico rege, Christophori regis filio, confirmatum. — *In concilio apud Nyborgh celebrato*, sexto calend. Julii. 26. Junii.

Ancher Lovhistorie II. access. jur. munipal. p. 255—267. Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 216 seqq.

[1188.] Literæ Johannis Acerssen, quibus notum facit, quod monachis de Loco Dei duo Ottinge integra in Arndrop marck vendiderit et scotaverit. — In festo apostolorum Petri et Pauli. 29. Junii.

Langebek Scriptt. VIII. 148.

[1189.] Literæ Erici Danorum regis, quibus abbatem et conventum Loci Dei sub speciali sua protectione recipit, iisque varia privilegia confert. — *In concilio apud Nyborgh*, die commemorationis S. Pauli. 30. Junii.

Langebek Scriptt. VII. 326. VIII. 177, quo ultimo tamen loco literæ annum habent MCCLXXIX. pro MCCLXIX. (vid. Suhm Hist. af Danmk. X. 997). Ceterum Suhmius ex hoc uno eodemque diplomate tria facit, quæ ad ann. 1268. 1269. et 1279. refert (Hist. af Danmk. X. 615. 626. 785.).

1269. 11. Julii. [1190.] Hertug ERIK af Jyllands Stadfæstelse af Faburgh Borgeres Privilegier. — 11. dagh Julii. (Nyere Oversættelse.).

Suhm Hist. af Danmk. X. 997—98.

21. Octobr. [1191.] ERLANDI archidiaconi Lundensis testamentum, quo plurima bona ad ædificationem altaris unius in ecclesia S. Laurentii, et ad plurium piorum locorum usus donat. — *Lundis*, XII. calend. Novembr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 998—1000. Liljegren Dipl. Svecan. I. no. 540. p. 449—51.

1270.

1270.

2. Junii. [1192.] Literæ CAPITULI MONACHORUM S. BENEDICTI DE NESTVEDT, circa fundationem conventus Nestwediensis fratrum Minorum. — *Nestwit*, IIII. non. Junii.

Langebek Scriptt. V. 515.

19. Julii. [1193.] ERICI regis confirmatio libertatum, villanis de Hærighstath concessarum. — *Nyburgh*, calend. Aug. XIV.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1000.

22. Septbr. [1194.] MARGARETÆ Danorum reginæ diploma, quo "ad petitionem .... Hermanni Krudener proconsulis in Lübeck .... et amici et patrui dñi Woldemari de Rostock .... monasterium quoddam sanctimonialium ... in honorem Dei patris omnipotentis et gloriosæ virginis Mariæ, ac in laudem ligni pretiosi sanctæ crucis" in civitate Rostock situat et fundat, præsertim in memoriam, quod a ligno crucis a maris periculo liberata fuerit, cum in Daniam navigare ter frustra esset conata. — *Rostock*, X. calend. Octobr.

Schröder Papist. Meklenb. I. 722—23. Westphalen Monum. ined. IV. 942—43. Rostock. wöchentl. Nachrichten, 1752. p. 117—19.

[1195.] Kong ERIK af Danmarks Privilegier for Borgerne af Lybek, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswalde, Stettin, og alle andre vendiske Stæder, hvilke han lover fuld Toldfrihed og sin Kongelige Beskyttelse, forsaavidt de besöge Aarsmarkedet Hwtangher i Sjælland, som skulde afholdes to Uger för og to Uger efter S. Hansdag. — *Saxekoping*. (Plattydsk).

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXIII[b]. p. 101—102.

1271.

1271.

6. Aprilis. [1196.] ERICI regis libertas, data civibus Ripensibus, "deferendi in Flandriam vel alibi extra regnum, ubi magis hoc eis expedit, lardum, annonam, equos et alias res venales, quas gratia mercandi emerint". — *Alæburg*, in secunda feria Pasche.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 688. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. over Ribe, p. 161—62.

6—11. Apr. [1197.] ERICI regis privilegium, civibus Ripensibus datum, "ut, ubicunque intra regni terminos negociationis causa cum suis mercimoniis devenerint, ab omni solutione thelonei et Torffue-gield liberi esse debeant et exempti". — *Alæburg*, in hebdomade Paschæ.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 688. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. over Ribe p. 162.

1. Junii. [1198.] Kong ERIK GLIPPINGS Stadsret for Nyborg. — Udi den sjette Maaned, calend. Junii (i Kongens 12te Regjeringsaar).

Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 485—500; jfr. Indledning S. L. hvoraf sees, at det ene af de to for Udgaven benyttede Haandskrifter har Aarstallet 1272. Men dette passer ikke til Kongens 12te Regjeringsaar, hvilket begge Haandskrifter have.

[1199.] ERICI regis literæ, quibus significat, Stigotum, archidiaconum Roskildensem et præpositum Randrusiensem, in præsentia ipsius regis constitutum, duas curias cum omnibus attinentibus mensæ canonicorum Arusiensium in manus Petri archidiaconi Arusiensis scotasse et dedisse, ea tamen conditione, ut per ipsos canonicos in anniversario ipsius Stigoti missa animarum solenniter celebraretur. — *Amak*, decimo calend. Augusti. 1271. 23. Julii.

Langebek Scriptt. VI. 397.

[1200.] JACOBUS filius Nicolai, comitis Hallandiæ, donationem bonorum in Skallæruth monasterio Esromensi per domicellum Nicolaum piæ memoriæ, fratrem ejus, factam, ratam habet et confirmat. — *Haffnis*, quarto nonas Augusti. 2. Augusti.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CVI[b].

[1201.] ERICI regis literæ, quibus monasterio Esromensi molendinum Sotæ commutando concedit, pro bonis monasterii in Witherlöslitlæ. — *Siöburgh*, cal. Novbr. quarto. 29. Octbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1001—1003. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esr. fol. LXXIX[b].

[1202.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum: § 13. "Concedimus Provinciæ unam domum, provinciæ Teutoniæ unam, Ungariæ unam, *Daciæ* unam, et ponantur ubi prioribus provincialibus et definitoribus capitulorum provincialium visum fuerit expedire, dummodo ponantur sine præjudicio aliarum provinciarum". — *Apud Montem-Pessulanum.*

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1760. cfr. an. 1283. § 13. ibid. p. 1811.

1272.

1272.

[1203.] ERICI Danorum Slavorumque regis obligatio ad tres cives Lubicenses pro duobus millibus marcarum argenti puri, mutuo acceptis, intra certum terminum solvendis; pro solutione vero triginta milites vades se præstiterant. [Transscriptum capituli Lubecensis et conventus Prædicatorum civitatis ejusdem, quod iterum transscriptum est a Johanne episcopo Lubecensi et consulibus ejusdem civitatis]. — *Nyborch*, mense Majo. Majo.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXV. p. 104—105.

[1204.] Vadimonium TRIGINTA MILITUM DANORUM (Nicolai præfecti Lundensis, Nicolai Hak, quondam marschalci, Johannis Kalf, quondam marschalci, Uffonis dapiferi etc.) de solutione duorum millium marcarum argenti puri, quas rex Daniæ Ericus a tribus civibus Lubecensibus mutuaverat, quæ si certo termino non solutæ essent, promittunt, se ultro Rostocki vel Vismariæ in custodiam ituros esse. [Transscriptum Johannis episcopi Lubecensis et consulum ejusdem civitatis, ex transscripto capituli Lubecensis et conventus Prædicatorum ibidem]. — *Nyborch*, die s. crucis. 3. Maji.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXV. p. 105.

[1205.] ESGERI episcopi Ripensis transsumtum literarum Abelis regis, dat. an. MCCLII. nonas Aprilis (vid. supra no. 922.). — XIII. calend. Junii. 20. Maji.

Langebek Scriptt. VIII. 126.

[1206.] MARGARETHÆ, dei gratia Danorum Sclavorumque reginæ, literæ, quibus monasterio sanctimonialium in civitate Rostock, ab ipsa fundato, villam Smerdele, sub dominio Waldemari de Rostock sitam, confert. — *Nyhopingen*, (sine die). 2. Junii.

Westphalen Monum. ined. IV. 942—44. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 671.

[1207.] Literæ, quibus ERICUS (leg. ESGERUS) episcopus Ripensis notum facit, quod "Erychy Eschelssen scotavit claustro Lögum prata, videlicet sex *Astath* in Hestebolm possidenda". — *Lugum*, in crastino sanctæ trinitatis. 20. Junii.

Langebek Scriptt. VIII. 218.

1272. 3. Julii. [1208.] ERICI regis Daniæ privilegium, quo Slesvicenses a solutione "*Arnægiald*" liberi declarantur. — *Sleswik*, in crastino beatæ Virginis.

Noodt Beyträge I. p. 167.

10. Julii. [1209.] Literæ Esgeri Ripensis episcopi, quibus testatur, se, cum ipsi "rex Daciæ Abel claustrum et conventum de Loco Dei ..... ad ecclesiam Breduath præsentavit", eandem ecclesiam conventui prædicto canonice contulisse, præsentationemque et a Christophoro rege esse approbatam et a Guidone cardinale, apostolicæ sedis in Daciam delegato, confirmatam. — *Apud Locum Dei*, in die sanctorum septem fratrum.

Langebek Scriptt. VIII. 123. in transscripto Bondonis episcopi Slesvicensis de anno 1277. Aliud harum literarum transscriptum invenitur ibid. p. 118—19, in quo tamen verba de confirmatione Guidonis, vitio fortasse exscriptoris, sunt omissa.

10. Julii. [1210.] Literæ, quibus ESGERUS episcopus Ripensis "vicario, qui nunc est institutus in ecclesia de Bredeuath, et omnibus aliis vicariis in posterum ibidem instituendis" mandat, "ut a nullo locent ecclesiam Breduath, nisi ab abbate et conventu Loci Dei, nec ulli reditus ex ipsa provenientes, nisi monachis de Loco Dei, committant". — Datum anno domini MCCCLXXII. (leg. MCCLXXII.) in die septem fratrum, apud *Locum Dei.*

Langebek Scriptt. VIII. 126.

11. Julii. [1211.] ESGERI episcopi Ripensis literæ, quibus testatur, "Frellanum *(Frellavum?)* Tomissen domino Johanni abbati et conventui Loci Dei ... omnes terras suas patrimoniales, tam emptitias quam alio justo modo ab hæredibus in Burger Marck acquisitas, excepto fundo, in quo nunc residet, libere resignasse jure perpetuo possidendas pro injuriis, quas fratribus loci memorati dinoscitur intulisse". — *Löghum*, in die S. Ketilli.

Langebek Scriptt. VIII. 98.

13. Julii. [1212.] Literæ, quibus GWNDHE PÆTHERSON notum omnibus facit, se canonicis de Ebbleholt bona sua in Awordhe sita assignavisse. — Die b. Margaretæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 164.

18. Octobr. [1213.] GREGORII (X^mi) papæ literæ ad abbatem et conventum monasterii Loci Dei, quibus jus patronatus ecclesiæ Bredwath, quod iis Abel rex contulerat, confirmat. — *Apud urbem veterem*, XV. calend. Novembris, pontificat. anno primo.

Langebek Scriptt. VIII. 117—18. 121. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 661.

18. Octobr. [1214.] GREGORII (X^mi) papæ literæ, quibus præposito ecclesiæ Slesvicensis mandat, "ut abbati et conventui monasterii Loci Dei" contra raptorum, prædonum et invasorum audaciam efficaci præsidio defensionis assistens, non permittat ipsos in personis vel bonis eorum a talibus molestari". — *Apud urbem veterem*, XV. cal. Novembr., pontif. anno I.

Langebek Scriptt. VIII. 121—22.

18. Octobr. [1215.] GREGORII (X^mi) papæ literæ, quibus præposito Slesvicensis ecclesiæ mandat, ut abbatem et conventum monasterii Loci Dei "favoris oportuni præsidiis prosequens, non permittat, eos contra indulta privilegiorum apostolicæ sedis ab aliquibus indebite molestari, molestatores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo". — *Apud urbem veterem*, XV. calend. Novembris, pontif. anno I.

Langebek Scriptt. VIII. 122.

[1216.] P(ETRI) divina miseratione episcopi Othoniensis transscriptum privilegii Gregorii IX^ni papæ (dat. Lateran. X. cal. Febr. pontif. anno VII.) ordini Cisterciensi indulti. — *Cistercii*, tempore capituli generalis.

Langebek Scriptt. VIII. 214—15.

[1217.] Literæ, quibus UNIVERSITAS (ABBATUM) DACIÆ, (CISTERCIENSIS ORDINIS), Ericum regem rogat, ut abbatem et conventum de Löghum non patiatur ab aliquo super possessione juris patronatus ecclesiæ Breuadt molestari. — Sine anno. 1272.

Langebek Scriptt. VIII. 237.

[1218.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum: § 14. "Absolvimus priores provinciales Theutoniæ, Ungariæ, DACIÆ, Græciæ, Priores eventuales, Romanum, Baysilitanum, Brundusinum etc. et quod immediate non possint resumi ad eadem officia vel conventu". — *Florentiæ.*

Martene et Durand. Thes. nov. Anecd. Tom. IV. 1767.

1273 vel ante. 1273 vel ante.

[1219.] ESGERI episcopi Ripensis literæ omnibus Hwittanger inhabitantibus missæ, quibus prohibet, ne quis bondonum villicos et colonos canonicorum Ripensium, per privilegia regis et ducis ab omni jure regio et servitute exemtos, contra dictam libertatem impediat aut molestet. — Sine anno.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 180. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 687.

1273. 1273.

[1220.] Literæ CAPITULI ARUSIENSIS, quibus declarat, se unanimi consensu dominum P(etrum) archidiaconum ecclesiæ Arusiensis in episcopum elegisse atque postulasse. — *Arus*, XX. ealend. Febr. 13. Januar. v. 20. Febr.?

Langebek Scriptt. VI. 414—15.

[1221.] ERICI Danorum Slavorumque regis et ducis Esthoniæ literæ, ubi compositioni, a Jacobo archiepiscopo Lundensi propositæ, consentit. — *Nyköbing*, die Matthiæ apostoli. 24. Febr.

Epit. ap. Baynald. Contin. Baron. ad ann. 1269. X. Tom. III. p. 259.

[1222.] Literæ, quibus GRUMMO præpositus Slesvicensis, "datus a sede apostolica conservator privilegiorum abbatis et conventus Loci Dei", prohibet, "ne quis ausu temerario abbatem et monachos" prædicti monasterii "in aliquibus, super quibus a sede apostolica privilegiati sunt....., molestare præsumat, neque in jure patronatus ecclesiæ Bredewath, neque super collatione ejusdem ecclesiæ a dioecesano facta et postmodum a domino archiepiscopo confirmata". — In profesto apostolorum Philippi et Jacobi. 30. Aprilis.

Langebek Scriptt. VIII. 120—23.

[1223.] ERICUS rex monachis de Esrom concedit libertatem, "ut villicos et colonos suos atque inquilinos, nec non terras et possessiones noviter et antiquitus, acquisitas, a gravamine exactionis, impetitione exactoria, innæ et stuth ac ceteris servitiis et oneribus juri regio attinentibus liberas habeant et exemptas, adjicientes eisdem monachis hanc gratiam specialem, quod villici sui et coloni prædicti tam pro excessibus XL marcarum quam inferiorum jurium nostrorum nulli respondere debeant nisi sibi". — *Sioburgh*, in vigilia b. Johannis baptistæ. 23. Junii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LIb.

[1224.] Literæ ERICI regis, quibus canonicis Ripensibus omnes et singulas libertates, eisdem a patre ejus Christophoro et aliis Daciæ regibus indultas, confirmat. — *Ripis*, 11 die beator. Cosmæ et Damiani martyrum. 27. Septbr.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 181. Langebek Scriptt. VII. 330.

1271.

1274.

6. Maji. [1225.] C(ECILIA) filia Petri Ebbisun cum consensu mariti sui Absalonis (Andreæ filii) bona sua in villa Collæruth sita monasterio Esromensi offert. — *Langsiöhus*, die b. Johannis apost. et evang. ante portam Latinam.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XCIX[b].

10 Maji. [1226.] PETRI Roschildensis episcopi literæ, ubi confitetur, omnes inimicitias et lites, quæ sibi cum rege Erico et matre ejus fuissent, sedatas esse et sopitas et fideliter terminatas. — *Rustandis (Roskildis?)*, d. ascensionis domini.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1269. XI. Tom. III. p. 259.

29. Maji. [1227.] Concilii Lugdunensis decretum, ut, nisi abbas et conventus monasterii Vitæ Scholæ ex una, et præpositus capituli ecclesiæ S[tæ] Mariæ Vibergensis ex altera parte infra proximum festum b. Martini hyëmale litem de quadam capella in insula Lesö exortam amica compositione finire possint, ipsis liceat coram episcopo Burglanensi hanc causam agere. — *Lugduni*, indictione secunda, IV. cal. Junii, pontif. domini Gregorii papæ decimi anno tertio.

Pontoppidan Annal. eccl. Dan. I. p. 735.

23. Julii. [1228.] GREGORII (IX[mi]) papæ bulla, dat. *Lugduni*, X. ealend. Augusti, pontif. anno tertio.

Vid. supra no. 731. (Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 705.).

16. Augusti. [1229.] NICHOLAI THORKILLI canonici Lundensis testamentum, quo bona sua in Aby et Saxtorp ecclesiæ Lundensi in usum altarium et canonicorum etc. donat. (Non integrum, sed ultima pars, excepta diei adscriptione, vetustate deleta). — *Lugduni*, in crastino assumtionis Mariæ.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 578. p. 477—78.

16-21. Aug. [1230.] Literæ (ERICI) regis, per quas civibus in Nachskof leges, quæ Næstvedt et aliis villis forensibus in Sælandia competunt, conceduntur. — *Nackschoff*, infra octavam assumpt. b. virginis.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1005.

17. Augusti. [1231.] GREGORII (X[mi]) papæ bulla ad Fulconem, electum Upsalensem, ut in archiepiscopum Upsalensem electus sit, postquam SACERUS, præpositus Lundensis ecclesiæ, archiepiscopatum prædictum suscipere recusavit. — *Lugduni*, XVI. calend. Septembr. pontif. anno tertio.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 579. p. 479.

18. Augusti. [1232.] GREGORII (X[mi]) papæ ad Fulconem, electum Upsalensem, literæ de pallio, quod "per Rogerium, canonicum ecclesiæ Upsalensis, assignandum tibi per episcopum Arusiensem *(Westerås)* duximus destinandum", ita tamen, ut nullum inde LUNDENSI ecclesiæ, "cui prædicta Upsallensis ecclesia subesse dicitur", præjudicium fiat. — *Lugduni*, XV. calend Septembr. pontif anno tertio.

Vastovii vitis aquilonia pag. 185—86. Neumann Hist. primatus Lundens. p. 170—71 Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 580. p. 480—81.

18. Augusti. [1233.] GREGORII (X[mi]) papæ bulla, qua Israëli, episcopo Arusiensi, mandat, ut Fulconi, electó Upsalensi, munus consecrationis impendat, et ab ipso nomine papæ et ecclesiæ Romanæ juramentum fidelitatis accipiat. "Volumus autem, quod LUNDENSI ECCLESIÆ, cui prædicta Upsalensis ecclesia jure primatiæ subesse dicitur, nullum per hoc præjudicium generetur". — *Lugduni*, XVI. calend. Septembris, pontif. anno tertio.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 581. p. 481—82.

[1234.] Magistri ordinis Prædicatorum ad priorem provincialem Daciæ literæ, ut studeat et in ipso ordine et inter ordinem atque alios, præsertim ordinem Minorum, pacem et concordiam servare. — *Lugduni*, VIII. id. Novembr. (sine anno). 1274. 6. Novbr.

Liljegren Dipl. Svec. I. no. 602. p. 500—2. ad ann. 1275. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 727.

[1235.] Gregorii (X^mi) papæ ad priorem provincialem Daciæ literæ, ut cum aliis clerici ordinis viris populum in subsidium terræ sanctæ expeditionem suscipere commoveant, prædicatione et indulgentiarum propositione, ita tamen, ut in hoc negotio alii alios non impediant. — *Lugduni*, idibus Novembris, pontif. anno tertio. 13. Novbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 584. p. 488.

1274—1288. 1274—88.

[1236.] Literæ Tuchonis episcopi Ripensis, quibus notum facit, quod, secundum mandata regis et ducis, "filii Nicholai Wind et filii Stephani in Ellem, qui adhuc hodie infra annos discretionis esse videntur, in hunc modum coram nobis consenserunt, præsente et consentiente Lauxum Ebbonis filio, qui tunc tempore tutor erat filiorum Nicholai, quod hæredes Nicholai Ocholm et hæredes Stephani, quicquid erat patris eorum in Ellem et in Patriesholm, de cetero libere debeant rehabere". — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 218. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 39.

1275. 1275.

[1237.] Petri episcopi Roschildensis privilegia, civibus de Kiöpmanhafn concessa. — *Hiortholm*, quarto calend. Februar. 29. Januar.

Resenii Descriptio Samsoæ p. 36—37.

[1238.] Petri episcopi Roskildensis transsumptum et confirmatio juris municipalis Hafniensis anno 1254, tertio idus Martii, a Jacobo Erlandi, episcopo Roskildensi, editi. — *Kiöbmanhaffn*, decimo calend. Martii. 20. Febr.

Resenii Descriptio Samsoæ p. 29—35. Pontoppidan Origg. Hafn. p. 49—53.

[1239.] Andreæ Petherson Wætrer confirmatio donationis bonorum in Pætherstorp et Öpesthorp, monasterio Esromensi a domina Cecilia filia Joon Regmothson factæ. — *Hildesruthholm*, IIII. calend. Maji. 28. Aprilis.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XCVIIb.

[1240.] Erici Danorum Slavorumque regis diploma, quo donationem Strangonis Andræssun, qui bona sua in Norræthorp in Slaulöshæret priori ac domui b. Johannis baptistæ in Andwordskogh scotaverat, confirmat. — *Lagæholm*, die b. Martini. 11. Novbr.

Dän. Biblioth. III. 162—63.

[1241.] Epitome literarum de placitatione inter Ericum Danorum etc. regem ex una, et Magnum ducem Sveciæ, fratremque ejus domicellum Ericum ex altera parte facta, qua rex subsidium C armatorum cum apparatu bellico iis promittit, illis contra promittentibus 6000 marcarum argenti puri et unum castrum pro pignore, quod ipse rex eligere vellet, ad cujus sustentationem et conservationem adhuc 1000 marcas annuatim promittunt. — *Sunderborg*.

Erici Olai Hist. Svecorum Libr. III. p. 124. Liljegren Dipl. Svecan. I. no. 585. p. 489.

[1242.] *A.* prioris Prædicatorum provinciæ Daciæ ad priorem et fratres conventus Sigtunensis literæ, cum quibus ei transscriptas literas magistri ordinis Prædicatorum (vid. supra no. 1234.) mittit, iisque, ut, quæ iisdem literis continentur, exacte observent, injungit. — Ser. in capitulo provinciali.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 603. p. 502—3.

1276. **1276.**

20. Martii. [1243.] THUCONIS episcopi Ripensis literæ, de lite inter monasterium Loci Dei et Magnum, archidiaconum Arhusiensem, super ecclesia Bredwatt exorta, et de argumentis, quibus utraque pars litigans jus suum in prædictam ecclesiam defenderet. — *In ecclesia Bredwatt*, feria sexta proxima post dominicam Letare Jherusalem.

Langebek Scriptt. VIII. 118—19.

8. Aprilis, vel 9. Oct. [1244.] Erici regis constitutio de crimine læsæ majestatis (articuli VI.) — *Nyborg*, die sancti Dionysii.

Ancher Lovhistorie II. 532—33. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 730.

28. Maji. [1245.] ERICI Danorum regis privilegium, Stralsundensibus datum, ut, si quæstio orta fuerit inter ipsos et alios in nundinis Scaniensibus, dummodo talis quæstio non ad examen officialis regii venire deberet, liceat "coram suo proprio officiali" de talibus quæstionibus agere et terminare, quemadmodum civibus Lubicensibus et de Rostok concessum erat. — *Worthingeburgh*, calend. Junii quinto.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1008. Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXVII[b]. p. 108. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 872. p. 722—23.

1277. **1277.**

18. Januar. [1246.] WITZLAI Ruyanorum principis conventio cum Joanne, Ottone et Conrado, marchionibus Brandenburgensibus, quibus ille terram Zlaviam cum castris suis et civitate Ruyenwolde vendiderat, de solutione pretii harum possessionum: 3600 marc. argenti Brandenburg. Ad hoc solvendum destinata sunt: 2300 marcæ, quas EIRICUS REX DANIÆ marchionibus debuerat; XXV marcæ auri, quas idem rex Daniæ pro CCC marcis solverat; et possessiones marchionum in Dania (Erra, Seboy et Grosbol) pro M marcis. — *Cynsowe*, die s. Priscæ virginis.

Gercken Cod. Diplom. Brandenb. I. 247—48.

20. Martii. [1247.] ERICI Danorum Slavorumque regis diploma, quo jura naufragii, Stralsundensibus ab avo regis Waldemaro concessa, confirmat; addito, quod advocati regii debeant nullas res eorum, cum quibus ad litora regni Daniæ declinaverint, contra eorum voluntatem capere vel emere, sed cum eorum voluntate justo pretio vindicare. — *Roskildis*, sabbatho ante dominicam palmarum.

Schwartz Gesch. der Pommer. Rügisch. Städte p. 59—60. Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXVII[c]. p. 109—10.

1. Junii. [1248.] BONDONIS episcopi Slesvicensis et præpositi et capituli ejusdem ecclesiæ Vidisse literarum, supra sub no. 921. 924. 1012. et 1209. allatarum. — *Apud Markethorp*, pridie non. Junii.

Langebek Scriptt. VIII. 123—24.

6. Junii. [1249.] Literæ, quibus THOMAS (leg. TUCHO) episcopus Ripensis notum facit, quod "Gyehe (Gythe?), dicta Kaat de Kumleth, medietatem omnium bonorum suorum mobilium videlicet et immobilium .... monachis Loci Dei contulit et scotavit jure perpetuo post dies suos possidendam". — *Apud monasterium Loci Dei*, VIII. idus Junii.

Langebek Scriptt. VIII. 109—10.

15. Augusti. [1250.] ERICI Danorum Slavorumque regis diploma, quo, civium Lubecensium precibus annuens, permittit, ut, "si aliqui de eis casu infortuito in terminis regni alicubi naufragium fecerint, nullus advocatorum regiorum seu quisquam alius eos super salvatione rerum suarum debeat impedire". — *Roskilde*, in assumtione b. Virginis.

Dreyer specim. de naufr. p. XLVI.

[1251.] MARGARETÆ Danorum Slavorumque reginæ et dominæ Esthoniæ diploma, quo canonicis Revaliensibus liberum jus episcopos eligendi concedit. — *Wordingburgi*, calend. Septembr. 1277. 1. Septbr.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 280—81. Pontani Rerr. Dann. Hist. Libr. VII. p. 369. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 739. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, l. c. p. 280, ubi literæ 3. calend. Septembr. datæ esse dicuntur.

[1252.] Literæ, quibus THOMAS (leg. THUCO) episcopus Ripensis confirmat contractum inter parochianos de Daler et abbatem Loci Dei, de decimis "in annona triturata per modios" solvendis factum. — *Apud monasterium Lugum*, in die s. Wilhadi confess. atque pontificis. 8. Novbr.

Langebek Scriptt. VIII. 133.

[1253.] Literæ THUCONIS, Arusiensis episcopi, quibus præbendam Albek instituit et bonis, libertatibus, immunitatibus et gratiis donat. — *Arus*, in profesto circumcisionis domini. 31. Decbr.

Langebek Scriptt. VI. 410.

1278. 1278.

[1254.] MAGNI Sveciæ regis obligatio ad Ericum Danorum regem de IV. M. marcarum argenti puri ad pondus Coloniense, oppignorato castro Ludosiæ. — Sine anno.

Epit. ap. Eric. Olai, Hist. Svecor. Gothor. p. 138. et ap. Liljegren, Diplomatar. Svecan. I. no. 878. p. 725—26.

[1255.] ERICI Danorum regis literæ, quibus confitetur, se Magno Sveorum regi promisisse, nunquam se hostibus ejus refugium daturum; quod etiam invicem a rege Magno promissum esse testatur. — *Lagaholm.*

Erici Olai Hist. Svecorum Libr. III. p. 112. Messen. Scond. illustr. Tom. XII. p. 131. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 633. p. 521.

[1256.] ERICI Danorum regis literæ, quibus confitetur, se, ad amicitiam cum Magno Sveonum rege firmandam, ei promisisse, et hunc invicem, ut filia Erici regis senior, cum ad annos nubiles pervenerit, filio regis Magni et hæredi regni Sveciæ nuptum detur, non obstante morte regum ipsorum. — Sine anno.

Erici Olai Hist. Svecorum Libr. III. 112. Messen. Scond. illustr. Tom. XII. p. 131. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 879. p. 726. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 767.

[1257.] Literæ, quibus THOMAS (leg. THUCO) episcopus Ripensis confirmat contractum, factum inter parochianos de Daler et Johannem, abbatem Loci Dei, de decimis "quolibet anno in annona triturata per modios" solvendis. — *In claustro Loci Dei*, in die beati Canuti martyris. 7. Januar. v. 10. Julii.

Langebek Scriptt. VIII. 132.

[1258.] JOHANNIS Rigensis archiepiscopi, fr(atris) ER(NESTI) magistri domus Theutonicæ in Livonia, et SY(MONIS) militis, dicti de Oberch, regis Daciæ capitanei per Revaliam et Vironiam literæ, in quibus Lubecensibus et omnibus mercatoribus "mare orientale" frequentantibus gratias agunt, quod ab omni commercio cum Ruthenis abstinuissent, et in posterum ad tempus abstinere proposuerint. — *Rigæ*, non. Februar. 5. Febr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XXXVIII. p. 111.

[1259.] ERICI Danorum regis diploma, quo indicat se cum Alberto duce de Brunsvik sanxisse, ut dux "natam suam carissimam, uni filiorum nostrorum, qui post mortem nostram regni Danorum successor extiterit" despondeat; ut rex dispensationem papæ de con- 15. Martii.

1278. 15. Martii. sangvinitatis obstantia infra annum a proximo festo Johannis baptistæ suo sumtu impetret, vel, si papa moreretur, infra annum a novi papæ creatione; ut filia ducis terram Samshö ad vitæ dies tenere debeat, cum reditibus legitimis, sexcentis marcis puri argenti annuatim sine ulla diminutione, sive prolem obtinuerit sive non, et sive marito suo, filio regis, superstes fuerit sive non; denique ut, si rex antequam filius suus "annos impleverit discretionis" moreretur, "tutelam super regno Daniæ" teneat, donec filius regis maturitatem adeptus fuerit. — *Loneburgh*, idus Martii.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. III. Præfat. p. 89—90.

15. Martii. [1260.] ERICI Danorum regis diploma de conventione inter eum et Albertum ducem de Brunsvik facta. Dux nimirum pollicitus est, postquam matrimonium filiæ ejus cum filio Erici regis consummatum fuerit, "omni impetitioni, quam occasione causarum, dampnorum vel expensarum contra nos ac regnum nostrum habere dinoscitur" renuntiare, "salvo sibi tamen castro Hakimscough" cum jure et pertinentiis, pro quatuor millibus marcarum ei oppignorato. Facultas castri redimendi pro summa antedicta regi conceditur. — Si vero matrimonium non processerit, duci libera, ut antea, actio contra regem et regnum Daniæ conceditur, pro damnis, expensis et causis impetendi. — *Loneburgh*, idus Martii.

Scheid. Orig. Guelf. Tom. III. Præf. pag. 90.

15. Martii. [1261.] ERICI Danorum regis charta, in qua indicat: "quod octo diebus post festum b. Walburgis proxime nunc futurum, omni postposita occasione, occurrere debemus illustri principi domino Alberto duci de Brunswick in Imbria, gratia placitandi, et secundum formam placiti per fratrem Henricum, dictum de Hoenscheid, priorem domorum hospitalis Jerosolymitani sancti Johannis per Daciam, Sveciam et Norvegiam, inter nos condictam, omnia ibidem finaliter terminandi", et, si casu quodam impeditus a conveniendo esset, alium placitandi terminum VIII diebus post festum Johannis baptistæ destinat. — *Loneburgh*, idus Martii.

Scheid. Origines Guelf. Tom. III. Præfat. p. 90—91.

27. Martii. [1262.] Literæ TURONIS (TUCONIS) episcopi Ripensis, quibus duas marcas siliginis, a perpetuo ecclesiæ Darum vicario quotannis persolvendas, pauperibus scholaribus Ripensibus donat. — *Apud claustrum Loci Dei*, in dominica Lætare Jerusalem.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 494—95.

5. Aprilis. [1263.] NICOLAI (III^tii) papæ ad Jacobum electum Upsalensem epistola, quod episcopis Lincopensi et Roskildensi pallium missum sit, ei tradendum, ita tamen ut ecclesiæ Lundensi nihil præjudicii inde oriatur. — *Romæ*, nonis Aprilis, pontif. anno primo.

Vastovii Vitis aquilonia p. 187—88. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 641. p. 524—25. Epit. in Neumanni Hist. primatus Lundens. p. 171—72.

5. Aprilis. 1264.] NICOLAI (III^tii) papæ ad Andream canonicum Upsalensem et Simonem rectorem ecclesiæ de Piristum Upsalensis dioecesis mandatum, ut pallium electo Upsalensi destinatum episcopis Lincopensi et Roskildensi fideliter tradant. Addit etiam, pallium hoc modo mitti sine ullo præjudicio ecclesiæ Lundensis. — *Romæ*, nonis Aprilis, pontif. anno primo.

Vastovii Vitis aquilon. p. 188. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 643. p. 526—27.

5. Aprilis. [1265.] NICOLAI (III^tii) papæ ad Lingacopensem et Roskildensem episcopum, de pallio electo Upsalensi per eos tradendo, tamen sine præjudicio ecclesiæ Lundensis. — *Romæ*, nonis Aprilis, pontif. anno primo.

Vastovii Vitis aquilonia p. 188. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 642. p. 525—26.

18. Maji. [1266.] ERICI Danorum Slavorumque regis et ducis Estoniæ diploma, advocato ejus Revaliensi et ceteris Revaliam et Esthoniam inhabitantibus missum, quo "omnes liber-

tates et jura" in terra Revaliæ et Esthoniæ, a se et progenitoribus suis civibus Lubecensibus data, confirmat. — *Ymbriæ*, XV. calend. Junii. 1278. 18. Maji.

Dreyer specim. de naufr. p. CXLIII—IV.

[1267.] ERICI præpositi de Himbersysel compluriumque toparchiæ Lygherret incolarum literæ ad Thrugotum archiepiscopum Lundensem, cui notum faciunt et veraciter protestantur, "quod aqua, quæ de Aspebro ad molendinum domini Magni Benedictssen in Wysteby jam decurrit, illuc decursum habuerat temporibus nostris et temporibus patrum nostrorum, sine impetitione cujuslibet et querela". — Circa festum sanctæ trinitatis. c. 12. Junii.

Langebek Scriptt. VIII. 243.

1279. 1279.

[1268.] THRUGOTHI archiepiscopi Lundensis transsumptum bullæ Alexandri (IV^ti^) papæ (dat. Viterbii, VI. calend. Julii, an. 1257.), qua prohibet, ne quisquam dioecesanus aut prælatus alius a conventibus ordinis Cisterciensis procurationes exigere præsumat. — *Hælsingæör*, in die S^ti^ Benedicti abbatis. 21. Martii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXIX.

[1269.] TUKONIS dicti CLERICI literæ, quibus se obligat ad "terras in Mieolden marck", quas pater ejus, Johannes Papæ, monachis Loci Dei in remedium animæ suæ legaverat, "quantotius" redimendas, postquam reversus fuerit; "sin alias, extunc sæpedictæ terræ, per præsentes appropriatæ et scotatæ, libere cedant in usum monachorum". — In crastino ascensionis domini. 12. Maji.

Langebek Scriptt. VIII. 98.

[1270.] NICOLAI (III^tii^) papæ ad omnes episcopos Sveciæ mandatum, ut ad portum Scarensem transmittant pecunias negotio terræ sanctæ deputatas, ut inde per "magistrum Bertrandum Amalrici capellanum nostrum, Remensem canonicum, in Sveciæ et DACIÆ regnis collectorem decimæ a sede apostolica deputatum", in Franciam deferantur. — *Romæ ap. S. Petrum*, VIII. id. Junii, pontif. anno secundo. 6. Junii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 673. p. 517—18.

[1271.] Literæ, quibus MARGARETHA regina hospites de Teuthonia, Gotlandia et aliis terris, pannum in civitate Revaliæ juxta mensuram ulnarum vendere vetat. — *Nyköpingh*, in vigilia beati Jacobi apostoli. 21. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1009.

[1272.] Literæ NICHOLAI FILII KANUTI, quibus declarat, se omnia bona sua in Hælugnes mensæ capituli Arusiensis vendidisse. — In die beati Laurentii martyris. 10. Augusti.

Langebek Scriptt. VI. 416.

[1273.] NICOLAI (III^tii^) papæ mandatum ad archiepiscopum Lundensem, ut Juttam filiam cl. mem. Erici regis Daciæ, quæ ex monasterio S. Agnetis Roskildensi sine licentia exierat, habitum monialem abjecerat et quædam bona monasterii occupaverat, ad officium reverti moneat, et si hoc contempserit per unum mensem, tum singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, publice excommunicet, donec congrue super prædictis satisfecerit. — *Viterbii*, X. calend. Octobr. pontif. anno secundo. 22. Septbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1009—10. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 881. p. 727—28.

[1274.] CECILIA, relicta domini Olavi Haraldson, donationem bonorum in Wæghby, monachis Esromensibus per maritum ipsius testamento factam, nec non eorundem bonorum 11. Novbr.

1279. 11. Novbr. super sepultura dicti Olavi Haraldi scotationem, a domino Absalone Andersson peractam, ratam habet. — In die beati Martini episcopi.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXIIIIb.

5. Decbr. [1275.] NICHOLAI archidiaconi Ripensis, CHRISTERNI præpositi de Warwithsyssel aliorumque literæ, de conventione facta inter dominum Marck Bondyssen et Johannem, abbatem Loci Dei, super fundo dicto Cogstath et quodam "*Stuff* terræ". — In profesto S. Nicolai.

Langebek Scriptt. VIII. 96—97.

13. Decbr. [1276.] STIGOTI episcopi Roskildensis transscriptum et confirmatio privilegiorum, civibus Hafniensibus a Petro episcopo Roskildensi concessorum (vid. supra no. 1237.). — *Hafniæ*, idus mensis Decembris.

Resenii Descriptio Samsoæ p. 36—37.

14. Decbr. [1277.] STIGOTI episcopi Roskildensis literæ, quibus civibus Hafniensibus jus municipale, a Jacobo episcopo Roskildensi editum et a Petro, hujus successore confirmatum, confirmat. — *Köpmanhafn*, in crastino b. Luciæ virginis.

Resenii Descriptio Samsoæ p. 36. Pontoppidan Origin. Hafn. p. 49—53.

[1278.] ERICI regis literæ, quibus sanctimoniales de Öö, Burglanensis dioecesis, sub sua speciali protectione recipit, et eis "omnia bona ipsarum ab omni expeditionis gravamine et impetitione exactoria ceterisque oneribus juri regio attinentibus libera pariter et exempta" dimittit, nec non eis concedit "de gratia speciali, quod villici et coloni sui de Öö, quotiescunque inter sese excesserunt, pro hujusmodi excessibus spectantibus ad nostrum judicium unus alterum trahere non possit, nec debeat in causam alibi quam in placito earum proprio infra ipsam sylvam quam inhabitant, sicut tempore Waldemari regis de consvetudine habuerunt, nulli etiam nisi dispensatori dictarum sanctimonialium pro hujusmodi excessibus respondebunt". — *Aleburgis*, in die. .....

Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 751. Cfr. Suhm X. 784—85. XI. 57. (Posteriori loco Suhmius has literas ad ann. 1289. referre et Erico Menved regi tribuere videtur).

1279—83. 1279—1283.

[1279.] Testamentum CANUTI DICTI SNUBBE, editum a Canuto dyacono de Aauitth, Nicholao sacerdote de Otær, Crystina relicta Canuti Snubbe et Mattheo filio ejusdem. — Sine anno.

Langebek Scriptt. VIII. 159—60. — Testamentum hoc post ann. 1283, quo jam de bonis, quæ monasterio Loci Dei Canutus Snubbe testamento suo legaverat, lis erat inter monasterium prædictum et dominum Johannem Urnæ (Langebek Scriptt. VIII. 160—62.), conditum esse nequit. Ante annum 1279 sine dubio non est factum, siquidem Johannes QUONDAM abbas Loci Dei testamenti nuncupationi adfuisse dicitur (Langeb. l. c. p. 159.), qui adhuc anno 1279 abbas erat dicti monasterii (Daugaard Om de Danske Klostre p. 456.). Quo vero anno Canutus de Aavith aliique testamentum ediderint, incertum est; a vero autem haud absimile videtur, id c. ann. 1283, occasione litis supra memoratæ, factum esse.

1280. 1280.

13. Januar. [1280.] Literæ THUCONIS, Arusiensis episcopi, quibus declarat, se curiam suam in Tofthesel mensæ canonicorum Arusiensium scotasse. — *Farmathorp*, in octava epiphaniæ domini.

Langebek Scriptt. VI. 411.

26. Febr. [1281.] STIGOTUS episcopus Roschildensis civibus Hafnensibus indulget, ut, quandocunque et quotiescunque ipsos in insula Saltholm lapides ad calcem exsecare contigerit,

nullum propter hoc thelonium aut satisfactionem aliam exhibere aut impendere teneantur. — *Hafniæ*, in crastino b. Mathiæ apostoli. 1280. 26. Febr.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 58—59.

[1282.] T(uchonis) episcopi Ripensis literæ, quibus hæredibus March Rööth mandat, ut "quartam partem de Alsleff Otting in silva Drawidt", quam March Rööth monachis Loci Dei vendiderat, dictis monachis approprient vel pretium refundant. — *Apud Löghum*, in proximo sabbato ante dominicam mediæ quadragesimæ. 30. Martii.

Langebek Scriptt. VIII. 6—7.

[1283.] Testimonium T(uchonis) episcopi Ripensis de scotatione tertiæ partis curiæ Kiærgaard cum molendino et fluvio ad molendinum decurrente, pro sexta parte unius Atting in Löttwedt marck, per Ann Assers dotter monachis Loci Dei facta. — Tertio cal. Apr. 30. Martii.

Langebek Scriptt. VIII. 16.

[1284.] Kong Eriks Brev, hvorved han skjænker Slesvigs Indvaanere Toldfrihed over det hele Rige. — *Koldingborg*, am Dage Vitalis Martini (leg. *martyris*). (Plattydsk). 28. Aprilis.

Westphalen Monum. ined. III. 294. — Vid. infra no. 1413.

[1285.] Literæ, quibus Ragho Twonis filius et Nicolaus filius Johannis notum omnibus faciunt, se conventui s. Thomæ et b. Willelmi de Paraclito omnia eorum bona in Wbetorp sita vendidisse. — *Roskildis*, IIII. calend. Maji. 28. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 164.

[1286.] Tuchonis Arhusiensis episcopi literæ, quibus omnibus, qui ad ecclesiam S^tæ Mariæ Flensburgi exstruendam auxilium præbuerint, XL dierum indulgentias promittit. — *Cara insula*, die II. Maji. 2. Maji.

Beyer de orig. et increm. Flensburgi pag. 20—21. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 752—53.

[1287.] Erici Danorum regis privilegium Gripeswoldensibus datum, ut campum quendam, *Vittam* nuncupatum, "situm inter antiquum indaginem et coemeterium Theutonicorum et inter littus maris et campum seu Vittam Sundensium" in Falsterbode, in perpetuum possidere iis liceat; præterea, ut liceat tempore piscationis advocatum constituere, qui causas eorum judicet. — *Worthingeburg*, pridie id. Junii. 12. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. X. p. 1011. (cfr. p. 798—99.). Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 883. p. 729.

[1288.] E(rici) Danorum Slavorumque regis diploma, quo "libertates et gratias", quas ipse et progenitores ejus Lubecensibus concesserant in nundinis Scaniensibus et alibi, confirmat. — *Nackaescogh*, pridie id. Julii. 11. Julii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XL. p. 115—16. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1717. p. 656.

[1289.] Erici Danorum Slavorumque regis diploma, quo omnes mercatores, qui mercandi gratia navigio vel per terram Esthoniam venerint, sub protectionem suam specialem recipit, prohibens advocatis suis et omnibus eos aliquatenus molestare. — *Othoniæ*, in die s. Laurentii. 10. Augusti.

Dreyer specim. de naufr. p. CXLIV.

[1290.] Confoederatio inter Wisbyenses et Lubecenses ad defendendas personas et commercia per totum "mare orientale" et "in portu Trauene vel in Norestvt, vel abinde usque in Nogardiam", in decem annos inita. [Documentum ab advocato, consulibus et com- 7. Septbr.

1280. muni Theutonicorum civitatis Wisbycensis editum est]. — *(Wisby)* Sabbatho prox. ante
7. Septbr. nativit. Mariæ.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XLI. p. 116. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1718. p. 656—57.

22. Septbr. [1291.] Literæ B(ONDONIS) et T(uchonis) episcoporum Ripensis et Sleswicensis, JACOBI præpositi in Barugsyssel, PETRI JONESSEN, JOHANNIS JONSSEN et JOHANNIS DICTI GRUBBY ad Ericum regem Danorum, quod abbas Loci Dei quartam partem unius *Otting* in Drowidt a quodam Marthe dicto Littlæ, pleno soluto pretio, sibi comparasset. — In festo beati Mauritii.

Langebek Scriptt. VIII. 39.

29. Septbr. [1292.] WALDEMARI ducis Jutiæ literæ protectoriæ, datæ civibus in Svineburgh, quibus simul omnes libertates, leges et jura confirmat, "quæ temporibus progenitorum nostrorum, videlicet dominorum Waldemari quondam regis Danorum, Erici claræ memoriæ ducis Jutiæ, patris nostri perdilecti, ac domicelli Abelis nostri patrui liberius habuerunt". — *Tranekier*, in die beati Michaëlis archangeli.

Aktstykker etc. udg. af Fyens lit. Selsk. p. 86—87. — Vid. infra no. 1387.

[1293.] THUCONIS episcopi Ripensis Vidisse bullæ Clementis IV^ti papæ, datæ Perusii, XII. calend. Augusti, pontif. anno primo (continentis privilegia generalia ordini fratrum Minorum concessa).

Pontoppidan Annall. eccles. Dan. I. 507—17.

1281.

1281.
3. Maji. [1294.] Literæ INGVARI electi Roschildensis, quibus advocato suo et consulibus in Köpmanhaffn plenam confert potestatem ordinandi, faciendi et statuendi omnia, quæ utilitati et honori loci et incolarum viderint expedire, ac pondera rerum venalium constituendi et eadem taxandi et maxime mensuram Trafnisiæ sive cerevisiæ Theotunicalis. — *Hafniæ*, in die inventionis sanctæ crucis.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 59—60.

1282 vel ante.

1282 vel ante. [1295.] STATUTA CHORALIA ecclesiæ cathedralis Ripensis, rationem canendi, legendi seque decenter vestiendi canonicis et vicariis præscribentia. — Sine anno.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 168—69.

[1296.] ERICI Danorum regis constitutio, qua quinque viris (N. præfecto Lundensi N. filio Tyconis, S. filio Andreæ, Jon Litlæ et Johanni filio Michaëlis) auctoritas conceditur dissensiones bondonum in Barehereth regis nomine componere; et præterea jura antiqua eorundem confirmantur, et mandata privilegiaque adduntur. — Sine anno.

Ancher Lovhistorie II. p. 540—11. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 841. p. 695—9

1282.

1282.
9. Febr. [1297.] Literæ, quibus ESGI MARCH. clericus, NICHOLAUS INGIMÆRSUN, frater ipsius, laicus, et PETRUS BONDI, gener eorundem, notum faciunt, se bona quædam in Gi thingsio lithlæ priorissæ et sororibus apud s. Agnetem Roskildis vendidisse. — *Roskildis in pretorio provinciali*, II. feria proxima post dominic. quinquagesimæ.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1014.

[1298.] I(NGVARI) episcopi Roschildensis literæ, quibus canonicos Hafnienses liberat a solutione "apparatus", ratione ecclesiarum personalium parochialium. — *Hafnis*, XII. cal. Martii. 1282. 18. Febr.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. p. 755.

[1299.] Kong ERIKS Forordning for Sjelland, især angaaende Dommes Execution. — Giffuen paa then torsdagh næst fore palme söndag paa thet HOFF I WORINBORG wor — — — M. Winter oc CC. Winter och een Winter oc Xij vger sithen wor herre wor födder. 19. Martii.

Kong Eriks Sjell. Lov, prentet hos Gotfr. af Ghemen, fol. rij[b]—rij[b]. Cfr. Kofod Anchers Saml. jur. Skr. I. 502 fg.

[1300.] ERICI regis constitutio, qua leges de naufragio, a Waldemaro (II[do]) rege in libro legali editas, confirmat, prohibetque, ne quis "audeat aliquos naufragos, qui per se seu per aliquos alios res suas salvare poterint, impedire". — *Wortingborg*, proxima sexta feria ante dominicam palmarum. 20. Martii.

Ancher Lovhistorie II. 533—31.

[1301.] BERTRANDI AMALRICI archiepiscopi Arelatensis, quondam canonici Remensis, domini papæ capellani, collectoris decimæ terræ sanctæ, ratio pecuniæ, quam in hunc finem per Daciam et Sveciam collegerat per VII continuos annos. — In Majo. Majo.

Lagerbring Svea Rikes Hist. IV. præf. p. XX—XXXIII. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no 743. p. 598—605.

[1302.] Conventio inter civitates FLENSBURGUM et SLESVICUM inita; (documentum ex parte Slesvicensium editum). — In vigilia apostolorum Petri et Pauli. 28. Junii.

Seelen Memorabil. Flensburg. p. 195. Michelsen Urkundensamml. I. 115—16.

[1303.] E(RICUS) Danorum Slavorumque rex libertates, gratias et jura, quæ cives Lubecenses ab ipso vel progenitoribus ipsius hucusque habuerant, confirmat. — *Roskildis*, in octava beati Johannis baptistæ. 1. Julii.

Michelsen Urkundensamml. I. 115.

[1304.] ERICI Danorum regis constitutio (recessus comitialis), qua leges Waldemari ratæ declarantur, pluraque de jurisdictione, de reparatione ædium regiarum, præstationibus anserum etc. ad mensam regiam, et de multis diversis rebus determinantur. — *Nyburg*, die b. Olavi. 29. Julii.

Leges Juciæ, impress. ap. Matth. Brandis (Rip. 1504.) fol. LLiij. Westphalen Monum. ined. IV. 1767—69. Ludewig Reliquiæ Mss. XII. p. 205—208. Epit. ap. Lagerbring: Svea Rikes Hist. II. 625—26. Cfr. Kofod Anchers Saml. jur. Skrift. I. 512. sqq.

[1305.] Confoederatio inter RIGENSES, WISBYENSES et LUBECENSES ad defendendas personas et commercia "in portubus Trauene vel NORESSUNT aut ab inde usque Nogardiam in toto mari orientali", in octo annos inita. — [Documentum editum est ab advocato, consulibus et communi civitatis Rigensis]. — *(Riga)* in festo nativitatis Mariæ. 8. Septbr.

Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenberg. II. no. XLVIII. p. 126—27. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1721. p. 659.

[1306.] Declaratio MARGARETÆ reginæ, "quod nobiles domicellæ Agnes et Jutta, l. mem. quondam regis Erici filiæ, apud sanctam Agnetem Roskildis diu sorores fuerunt ... et habitum regularem gestaverunt". — *Rozstok*, II. non. Decembr. 1. Decbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1013—11.

[1307.] ERICI Danorum Slavorumque regis diploma, quo civibus Hamburgensibus civilegium dat, res, quas naufragio, si intra terminos regni Daniæ naufragium paterentur, ripere poterint, ab omni impetitione liberas possidere. — *Flensborg*, XVII. cal. Januar. 16. Decbr.

Schuback de jure littoris p. 272.

1282. [1308.] Statuta CAPITULI RIPENSIS de divisione redituum communium inter canonicos residentes et sacra diligenter frequentantes, cum exclusione non residentium.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 169—70.

[1309.] TUONIS (leg. TUCHONIS) EPISCOPI ET CAPITULI RIPENSIS statutum de anno gratiæ canonicorum Ripensium.

Epitome ap. Terpager, Ripæ Cimbr. p. 171. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 849.

1283. **1283.**

12. Januar. [1310.] Literæ DECANI et CAPITULI ECCLESIÆ ROSKILDENSIS, continentes protestationem magistri Johannis, præpositi Roskildensis, circa possessionem ecclesiæ b. Michaëlis Slaulosæ, præposituræ Roskildensi annexæ, ipsi ereptam. — *Roskildis*, die Martis ante fest. epiphaniæ domini.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1018—19.

27. Martii. [1311.] Literæ, quibus ERICUS rex privilegia, canonicis Revaliensibus per Margaretham reginam quondam concessa, confirmat — *Wiberch*, (sine die).

Suhm Hist. af Danmk. X. 1015—16. cfr. p. 861.

Martio? [1312.] ERICI regis constitutio (recessus comitialis) de luxurioso vestitu, cerevisia sive potu theotunico, diversoriis et homicidiis. (Artt. X.). — *Helsingborg in parlamento*, anno domini MCCLXIX. Marcii.

Leges Juciæ impress. per Matth. Brandis (Ripis 1504) fol. LLiij^{b}. Ludewig Reliquiæ Mss. XII. p. 203—204. Westphalen Monum. ined. IV. 1766—67. (Cfr. Kofod Ancher Saml. jur. Skrift. I. 516. seqq. Suhm Hist af Danmk. X. 861—63. 402. 627.).

17. Junii. [1313.] Kong ERIKS Brev angaaende et Forliig, indgaaet mellem Bisp Hans af Reval og Kongens Tjenere og Vasaller i Estland om Tiendeydelser m. m. — *Lund*, paa Hell. Trefoldigheds Söndag. (Dansk Oversætt.).

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 285—86.

15. Julii. [1314.] Literæ ERICI regis, quibus cives Ripenses ab omni solutione theolonei in nundinis Scaniensibus liberos et exemtos dimittit. — *Ripis*, idibus Julii.

Langebek Scriptt. VII. 328—29.

15. Julii. [1315.] ERICI regis literæ protectoriæ et privilegia, omnibus hospitibus ad civitatem Ripensem venientibus concessa. — *Ripis*, ydibus Julii.

Cassel Samml. ungedr. Urkunden p. 3. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 863.

20. Julii. [1316.] ERICI Danorum Slavorumque regis diploma, quo, "ad instantiam et preces" Johannis comitis Holsatiæ et uxoris ejus", sororis regis, "civibus in Hamborch unum fundum sive locum in nundinis Scanensibus" dimittit, ut ibi tabernas construere possint et tempore nundinarum commode inhabitare. Concedit iis præterea "omnes libertates et gratias in dictis nundinis, quas ceteræ civitates Slaviæ et maritimæ a nobis et progenitoribus nostris in ipsis nundinis habere liberius dignoscuntur". — *Hethebii*, XIII. calend. Augusti.

Lambec. Orig. Hamb. Libr. II. p. 231—32. ap. Lindenbr. p. 72—73. Lünig Teutsch. Reichsarch. Vol. XIII. P. Spec. IX. Cont. IV. 1. Th. p. 931. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 768. p. 628.

26. Julii. [1317.] ERICI regis literæ, quibus confirmat sententiam Thrugoti, quondam Lundensis archiepiscopi, in causa inter Thukonem episcopum Ripensem et dominum Magnum Bendixen, super molendino quodam in Wysteby latam. — *Sönderborg Alse*, in crastino b. Jacobi Apostoli.

Langebek Scriptt. VIII. 220—21.

[1318.] ERICI Danorum regis diploma, quo civibus de Lübeke, Wismar, Roosztook, Dimin, Stralasund, Gripswald, Stetin et Anclem libertatem dat: nundinas Scanienses frequentandi ibique more solito mercandi et domum revertendi, nec non in regno suo domicilia figendi. — *Sunderburgh Alste* (leg. *Alsie*), VI. calend. Augusti. 1283. 27. Julii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LI. p. 133. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1723. p. 660—61.

[1319.] HAQUINI archidiaconi Lundensis testamentum, quo bona sua ad fundationem et dotationem altaris b. Vincentii et plura pia corpora, personasque et conventus distribuit. — *Lundis*, in ad vincula S. Petri. 1. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 770. p. 629—32.

[1320.] JOHANNIS archiepiscopi Lundensis et Svethiæ primatis literæ, quibus Esgero dicto Arn, canonico Ripensi, mandat, ut litem inter abbatem et conventum Loci Dei ex una, et Jon Iwerssen, Laghonem Bondyssen aliosque complures ex altera parte exortam, dijudicet. — *Lundis*, die beati Laurentii martyris. 10. Augusti.

Langebek Scriptt. VIII. 232—33.

[1321.] H(ERMANNI) episcopi, HELMOLDI et NICOLAI comitum Sverinensium ad archiepiscopos, episcopos et nobiles magnatesque regni Daniæ literæ, ut "monitis et precibus votivis" regem Danorum commovere conentur, ut Jacobo consangvineo ipsorum Hallandiam restituat, antea ei designatam. — *Sverini*, in die S. Augustini. 28. Augusti.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1016—17. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 772. p. 631—35.

[1322.] ERICI regis confirmatio scotationis avi sui regis Waldemari de dimidia parte Hallandiæ ad Nicholaum comitem et hæredes ejus pro terris eorum in Zwerin, quæ pro libertate ejus datæ fuerant. Prædicta Hallandiæ pars aquilonaris dicitur, "ultra Ætthræ". Testes præsentes nuncupantur: Johannes archiepiscopus Lundensis; Jacobus Slesvicensis, cancellarius regis, Tuco Arusiensis, Tuco Ripensis, Ingwar Roskildensis, Petrus Wibergensis, Johannes Revaliensis, Johannes Ottoniensis, episcopi; Nicolaus electus Burglanensis, Witzlavus Rujanorum princeps, Gerardus junior comes Holsatiæ etc. — *Worthinburg*, in nativit. b. Virginis. 8. Septbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1017—18. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 773. p. 635—36.

[1323.] E(RICI) Danorum Slavorumque regis diploma de pactione in triennium cum Lubecensibus inita de induciis et amicitia. Præsentibus: Jacobo episcopo Sleswicensi, cancellario regis, Alberto comite de Glichen, Henrico priore de Andwartscogh, domicello Erico, Petro dapifero et Laurentio Tukyson marscalco. — *Nicopingæ*, XIII. calend. Octobr. 19. Septbr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LII. p. 134.

[1324.] Libellus, a JOON abbate Loci Dei, nomine suo et conventus sui, in causa inter monasterium Loci Dei et dominum Johannem Urnæ de bonis quibusdam in Boldersle Marck et in sylva Urnæ exorta, Tuchoni episcopo Ripensi oblatus. — *Ripis*, V. idus Octobr. 11. Octobr.

Langebek Scriptt. VIII. 160—61.

[1325.] Sententia TUCHONIS episcopi Ripensis, judicis a sede metropolitana delegati, de exceptionibus ab advocato domini Johannis Urnæ in causa inter Jo. Urne et monasterium Loci Dei propositis. — *Ripis*, V. idus Octobris. 11. Octobr.

Langebek Scriptt. VIII. 161—62.

[1326.] WALDEMARUS (IV^tus) dux Juciæ "omnes articulos, in libro legali .. civium .. in Flensaaburgh (vid. infra no. 1336.) depictos", tribus exceptis, confirmat. — *Tunderis*, in quinto die post nat. domini, an. MCCLXXXIV. 30. Decbr.

Westphalen Monum. ined. III. præf. p. 90. IV. 1949—51. Corpus Statutor. Slesvicens.

II. 226—228. Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 434; cfr. p. XXXXVI—XXXXVII. Michelsen Urkundensamml. I. 120.

1284. **1284.**

11-20. Maji. [1327.] Literæ, quibus TUCO, episcopus Arhusiensis, iis, qui erga cœnobium b. Canuti in Othensö et basilicam liberales fuerint, 40 dies de injuncta iis poenitentia relaxat. — *Nyborgh*, in hebdom. ascens. domini.

Langebek Scriptt. I. 293.

21. Maji. [1328.] Sententia, lata ab arbitris electis: JACOBO Slesvicensi episcopo, cancellario regis, TUCONE Ripensi, JOHANNE Ottoniensi, episcopis, JACOBO comite Hallandiæ, Nicolao dicto Hac, Joon Litlæ et quinque aliis, de patrimonio Sophiæ reginæ Sveciæ, Ingeburgis reginæ Norvegiæ et domicellarum Juttæ et Agnetis; qua sententia judicatur, ut bona earum, quæ absque earum consensu occupata vel dimissa fuerint, cum fructibus et proventibus restituantur. — *Nyburgh*, nono calend. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1022—23. Liljegren Dipl. Svecan. I. no. 790. p. 645.

21. Maji. [1329.] Literæ, quibus ERICUS rex notum facit, se domicellæ Juttæ bona quædam in villa Agnæwith maklæ et Agnæwith litlæ, in Halstad, Thorp et Sæthing scotavisse, in recompensationem bonorum ipsius Juttæ in villa Nyburg et in villa Hyulby. — *Nyburgh*, feria IIII. infra ascensionem domini.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1021—22.

25. Maji. [1330.] Literæ, quibus WALDEMARUS dux Jutiæ notum facit, se dominæ Ingiburgi, reginæ Norwegiæ, omnia, quæ hereditatis ipsius nomine ei per arbitros regni Daciæ in concilio generali apud Nyburg adjudicata erant, restituisse. — *Nyburgis*, VIII. calend. Junii.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1023.

21-27. Maji. [1331.] Kong ERIK GLIPPINGS Forordning for Jylland. — (*Nyborg*, den Uge næst för Pindsedag).

Jydske Lov, trykt hos Matth. Brandis (Ribe 1504.) fol. LLV^{b}. Cfr. Kofod Ancher Saml. jur. Skrifter I. 525. fg.

26. Maji. [1332.] Kong ERIK GLIPPINGS Forordning for Sjelland. — *Nyborg*, Fredagen för Pindse, A. 1244.

Eriks Sjell. Lov, trykt hos Gotfr. af Gemen (Kbhvn. 1505.) og hos Matz Wingaardt (Kbhvn. 1576.) fol. riij^{b}—sij. Jfr. Kofod-Ancher Saml. jur. Skr. I. 525 fg.

26. Maji. [1333.] Kong ERIK GLIPPINGS Forordning for Skaane. — *Nyborg*, Fredagen næst for Pindse-Aften 1204.

Skaanske Lov, trykt af Gotfr. af Gemen (Kbhvn. 1505.) fol. L—Liiij. Jfr. Kofod Anchers Saml. jur. Skrifter I. 525. fg.

26. Maji. [1334.] JOHANNIS, archiepiscopi Lundensis, literæ, quibus annectionem ecclesiæ Hunzlund ad cantoriam ecclesiæ Arusiensis confirmat. — *Nyburgh*, sexta feria ante festum Pentecostes.

Langebek Scriptt. VI. 403.

25. Junii. [1335.] Literæ WALDEMARI ducis Juciæ, quibus omnibus Bremam inhabitantibus plenam securitatem et conductum in Slesvicum proficiscendi promittit. — *Sleswik*, in dominica dominus illuminatio.

Cassel Samml. ungedr. Urkunden p. 6—7.

[1336.] Jus municipale FLENSBURGENSE vetus. — *(Flensburgh)* in crastino assumptionis beate virginis. 1284. 16. Augusti.

Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 368—385.

[1337.] E(RICI) Danorum Slavorumque regis literæ protectoriæ, datæ mercatoribus de Theutonia, nundinas in Scanör frequentantibus. — *Withmosa*, XVI. calend. Septembr. 17. Augusti.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LIV. p. 136. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1724. p. 661.

[1338.] JACOBI episcopi Slesvicensis, regis Danorum cancellarii, literæ, quibus donationem tertiæ partis decimæ de parochia Buldrop, monasterio Loci Dei per Waldemarum episcopum Slesvicensem factam, confirmat. — *Slesuich*, XVII. calend. Decembr. 15. Novbr.

Langebek Scriptt. VIII. 208. 210.

[1339.] E(RICI) Danorum Slavorumque regis diploma, quo prohibet, ne quis ex dominio suo res aliquas in Norvegiam transferre vel ibi mercaturam exercere præsumat, quod prohibere civitatibus Sclaviæ, a Norvegis injuria affectis, promisisse se dicit, et, si Norvegi intra octo dies post pentecosten cum civitatibus concordare non potuerint, omnem Norvegis mercaturam in Dania prohibere. — *Othoniæ*, in vigilia Andreæ apostoli. 29. Novbr.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1023—24. Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenb. II. no. LVI. p. 137—138. Interpr. German. ap. Willebrandt, Hansische Chronik III. 5.

[1340.] E(RICI) Danorum Slavorumque regis diploma, quo privilegia mercatorum ex "civitatibus Sclaviæ" in Dania in octo annos extendit. — *Othoniæ*, in vigilia Andreæ apostoli. 29. Novbr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LV. p. 136—37.

[1341.] Confoederatio de pace et concordia inter W(ALDEMARUM) ducem Jutiæ, COMITES HOLSATIÆ et plures principes, nec non CIVITATES MARI BALTICO ADJACENTES ex una, et E(RICUM) Danorum Slavorumque regem ex altera parte. [Documentum ex parte Daniæ regis editum]. — *Othoniæ*, in vigilia S. Andreæ apostoli. 29. Novbr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LVII. p. 138—39.

[1342.] E(RICI) Danorum Slavorumque regis diploma, quo confoederationem cum duce Jutiæ, comitibus Holsatiæ et pluribus principibus, nec non civitatibus mari Baltico adjacentibus initam, notam facit, specialiter vero Lubecensibus promittit, se, ante quam injurias sibi vel regno forte illatas ulciscretur, apud civitatem de ea re questurum, et contra Norvegos fidam inter se et Lubecenses confoederationem futuram. — *Othoniæ*, in vigilia b. Andreæ apostoli. 29. Novbr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LVIII. p. 110.

[1343.] ABSALON ANDREÆ quondam filius bona quædam in Collerydh et Leerholtæ monasterio Esromensi donat. — *Halluæusleflund*, dominica prima adventus domini. 3. Decbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. Cb.

[1344.] MARTINI (IV^us) papæ dispensatio, data Birgero, filio Magni Sveciæ regis et Margaretæ, filiæ Erici regis Daniæ, quarto affinitatis gradu conjunctis, ad matrimonium inundum, ut hoc modo amicitia inter prædicta regna coalescat. — *Perusii*, X. cal. Januarii, pontif. anno IV. 23. Decbr.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1284. XXIV. Tom. III. p. 582. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 797. p. 649.

1284. 21. Decbr. [1345.] Literæ CONSULUM CETERORUMQUE CIVIUM ARUSIENSIUM, quibus declarant, dominam Cristinam, relictam Jacobi Blærugh, in præsentia ipsorum constitutam, recognovisse, se a capitulo Arusiensi XL marcas denariorum usualium recepisse atque eidem capitulo bona quædam in Ölstath scotasse. — *Arus*, in vigilia nativ. domini.

Langebek Scriptt. VI. 415.

[1346.] Statutum civitatis APENRADENSIS. — Sine anno.

Corpus Statutorum Slesvic. II. 356—410. (cum interpr. German.). Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 451—469. German. interpr. ap. Dreyer, Vermischte Abhandlungen III. 1375—1436. Cfr. Falck Handbuch des Schleswig-Holsteinischen Privatrechts, I. 121. 379—80.

[1347.] Hertug VALDEMARS Protest til Erkebispen af Lund imod den Behandling, der var viist ham af Kong Erik, som længe havde nægtet ham og hans Broder at overdrage dem Hertugdömmet og deres Fædrenegods, hvorfor "de agte at ville Danmarks Rige med al deres Rettighed begjere og forfölge, saavidt de kunne". — (Uden Aar). (Nyere Overs.).

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. S. 286—87. Suhm Hist. af Danmk. X. 889—91.

1284 vel post.

1284 vel post.

[1348.] AMUNDI HARALDI FILII et *N.* sacerdotis, nuntiorum regis Norvegiæ, ad Petrum de ordine fratrum Minorum in Horsnæs et advocatos dñi regis Norvegiæ in Noriucia constitutos literæ, ubi "ex parte domini nostri regis" rogant ut bona: Rolde, Skandthorp, Thrywad, Byrstyng, Flö, Hyldislöff, Methalby, Rostveth et Agistorp, quæ in partem domicellarum Juttæ et Agnetis, filiarum Erici, quondam Daciæ regis, in divisione bonorum patrimonialium cesserant, iisdem domicellis libere resignare velint. — Sine anno.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. p. 102. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 884—85.

1285.

1285.

18. Maji. [1349.] HONORII (IV^ti^) papæ ad J(ohannem) archiepiscopum Lundensem literæ, cum quibus per Petrum Agnetis, canonicum Lundensem, et Hermingum clericum Upsalensem pallium archiepiscopo transmittit, Magno electo Upsalensi tradendum, addens, hoc nihil novi juris ecclesiæ Lundensi addere vel Upsalensi derogare. — *Romæ ap. sanctam Sabinam*, XV. calend. Junii, pontif. anno primo.

Vastovii Vitis aquilonia p. 189. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 806. p. 662. Epit. in Neumanni Hist. primatus Lundens. p. 172—73.

18. Maji. [1350.] HONORII (IV^ti^) papæ bulla, qua episcopis Roskildensi et Othoniensi committit Magno, electo Upsalensi, pallium tradere, quatenus Johannes archiepiscopus Lundensis commissionem de ea re acceptam exsequi non posset. — *Romæ ap. S. Sabinam*, XV. cal. Junii, pontif. anno primo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1725. p. 662—63.

Majo. [1351.] Literæ, quibus ERICUS rex notum facit, se fundos quosdam fratribus Minoribus Otthoniæ contulisse. — *Nyburch*, (tempore parlamenti conventuali).

Langebek Scriptt. V. 516.

28. Maji. [1352.] Literæ JOHANNIS archiepiscopi Lundensis ceterorumque episcoporum Danicorum, quibus terram Alsiæ et bona quædam in ducatu Juciæ sita, unacum denariis de mo-

neta et pro redemptione expeditionis in Sunderjucia debitis, Erico regi Danorum, nomine coronæ, adjudicant. — *Nyburgh*, quinto calend. Junii. 1285. 28. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1024—26. Michelsen Urkundensamml. I. 121—22. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 288. (ed. in 4. Tom. II. p. 363.), et ap. Suhm, l. c. p. 898—900.

[1353.] MAGNI Sweorum Gothorumque regis literæ salvi conductus, datæ dño Johanni Litla et nuntiis "civitatum maritimarum Theotonicarum "et iis, quos ex parte regis Daciæ secum habere voluerit, ad octo dies; "non ideo quod ipsis de securitate possit habere (sic) diffidentia, sed quia dominus Witzlavus, nobiscum personaliter colloquens, a nobis voluit hoc habere". — *Apud Lödhos*, VII. calend. Junii. 25. Junii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LIX. p. 141. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1726. p. 663.

[1354.] ERICI Norvegiæ regis notificatio de congressu apud Kalmarniam destinato, ad componendas lites inter ipsum et subditos ejus ex una, et plures civitates Hanseaticas ex altera parte, rege Sveciæ summi judicis munere fungente, si nuntii regis et civitatum delegati non inter se convenirent; adhæc de *colloquio inter ipsum et reges Sveciæ Daciæque apud Gulbergsheid* in octava nativitatis Johannis baptistæ anni proxime venturi habendo, ad causas inter eos versantes terminandas. — *Ap. Gulbergsheidh*, feria III. post festum Petri et Pauli. 3. Julii.

Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenberg II. no. 60. p. 141—43. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1727. p. 663—65.

[1355.] MAGNI electi Upsalensis diploma, quo declarat, nullum præjudicium episcopo vel ecclesiæ Lincopensi inde oriri debere, quod episcopus his electo Upsalensi LUNDAS AD ORDINATIONEM proficiscenti comes fuerat, cum hoc "de affectuosa et gratuita voluntate" fecisset. — Non. Augusti. 5. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 809. p. 664.

[1356.] Literæ, quibus T(UCHO) episcopus Ripensis notum facit, "quod licet reditus primi anni de ecclesiis nostræ dioecesis vacantibus dilectum nobis capitulum nostrum Ripense consveverunt (consuevit) percipere totaliter ex antiquo", tamen cum consensu capituli "in hac parte taliter ordinavimus, ut de cetero (solum) medietas redituum primi anni de ecclesiis vacantibus domino cantori Ripensi, nomine et ex parte capituli ...., debeat assignari". — *Ripis*, in crastino assumptionis b. virginis. 16. Augusti.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 154—55.

[1357.] B(ENEDICTI) decani Lundensis testamentum, quo bona sua fixa et mobilia in usum corporum piorum et personarum distribuit; consentientibus Johanne archiepiscopo et capitulo Lundensi. — *Lundis*, in vigilia Bartholomæi apostoli. 23. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 812. p. 666—68.

[1358.] JOON JOONSON DICTUS LITLE dimidiam marcam terræ in censu, quam habet in Kuldæruth, monasterio Esromensi donat. — Pridie nonas Septembris. 1. Septbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom fol. CI.

[1359.] ABBATIS ET CONVENTUS MONASTERII LOCI DEI appellatio ad sedem apostolicam contra Nicolaum priorem Othoniensem, Nicolaum ejusdem ecclesiæ præpositum et Rykonem Tostenn (*leg.* Toftensis) ecclesiæ præpositum, judices in causa inter monasterium Loci Dei et dominum Johannem Urne delegatos. — "*Acta sunt hæc coram capitulo Othoniensi*, anno gratiæ MCCLXXXV., idus Septembris quinto". 9. Septbr.

Langebek Scriptt. VIII. 100.

1285. 31. Octobr. [1360.] MAGNI Sveonum Gothorumque regis protestatio de placitatione inter regem Norvegiæ "et civitates maritimas Lybekh, Rotstockh, Wissimar, Stralaesund, Gripeswold, Rigam et theotunicos in Wisby" inita, qua inter alia constituitur, quod si *rex Daciæ* de injuriis sibi a rege Norvegiæ illatis conqueratur, non tamen civitates prædictum regem Daciæ auxilio sublevare debeant, nisi aut rex Norvegiæ justas conditiones neglexerit, aut judices ejus causam iniquiorem esse judicaverint. — *Kalmarniæ*, in vigilia omnium Sanctorum.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXII. p. 145—46. Liljegren Diplom. Svecan. II. no. 1731. p. 668—69.

31. Octobr. [1361.] MAGNI Sveorum regis sententia, dicta in litibus inter Ericum regem Norvegiæ et civitates Hanseaticas "Lybikh, Rözstok, Vismarh, Stralasund, Gripswold, Rigam et Th(eutonicos) in Vistby" exortis, ubi etiam constituitur, quomodo progrediendum sit, si alicui partium lis fuerit cum *rege Daniæ*. — *Kalmarniæ*, in vigilia omnium sanctorum.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1028—1034. Liljegren Diplom. Svecan. I. no. 817. p. 673—77. Epit. ap. Willebrandt, Hansische Chron. III. p. 5—7.

1. Novbr. [1362.] HONORII (IV^ti) papæ ad reges Daciæ (et Sveciæ) literæ, ut nuntio suo Huguitioni, plebano plebis de Castellione Aretinæ dioeceseos, capellano suo, in negotio terræ sanctæ auxilium ferant. — *Romæ ap. S. Sabinam*, calend. Novembris, pontif. anno primo.

Suhm Hist. af Danmk. X. 1026. Liljegren Diplomatar. Svecan. I. no. 819. p. 678.

1. Novbr. [1363.] HONORII (IV^ti) papæ ad episcopum Arusiensem mandatum, ut pecunias in Daciæ et Sveciæ regnis collectas, terræ sanctæ subsidio deputatas, exigendas curet. — *Romæ apud S. Sabinam*, calend. Novembr. pontif. anno I^mo.

Epit. ap. Lagerbring. Svea Rikes Hist. II. 734—35.

26. Novbr. [1364.] Literæ, quibus INGERT, Baruidi Anderssön relicta, de terris quibusdam ipsius in Örby et Lyngby maglæ monasterio s. Thomæ de Paraclito venditis et scotatis. — *Roskildis*, in crastino b. Katerinæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 165.

[1365.] Instruction for de norske Gesandter til Kongerne i Danmark og Sverrig, Narve Biskop i Bergen og Hr. Bjarne Erlingsson, udgivet af Dronning INGEBORG i Norge, Abbed ERIK i Munkalif i Bergen og ERIK DUGGULSSON. — "Á setta ári ríkis Eiriks konungs". (Norsk.)

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. p. 104—6. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1729. p. 667—68.

1286.

1286. 26. Martii. [1366.] "PAULUS DICTUS HWIT, domini regis advocatus in Siöburgh", monasterio Esromensi terram quinque solidorum et trium denariorum in censu in Tiswillæ in recompensationem pro monasterii prædicti terra sex orarum in censu in Grimstorp, transfert. — In crastino annunciationis dominicæ.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXXVI^b.

3. Martii. [1367.] Hertug WALDEMARS Forsikkringsbrev, givet Kong Erik af Danmark, da denne havde lösladt ham af Fængsel og forlenet ham med Hertugdömmet Sönder-Jylland. — *Actum paa Herredag udi Nyborg*, pridie calend. Aprilis. (Nyere Oversættelse.)

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 290—91. Suhm Hist. af Danmk. X. 921—25.

20. Aprilis. [1368.] Bisp HERMAN til Sverin, JOHANNES Hertug af Saxen, GEERT, JOHANNES og ADOLF, Grever af Holsten, HELMOLD og CLAUS, Grever af Sverin, JOHANNES og HENRIK

Grever af Meklenborg, love for Hertug Valdemar af Sönder-Jylland, at han skal holde, hvad han i sit Forpligtelsesbrev til Kong Erik af Danmark (see ovenfor Nr. 1367.) har forpligtet sig til. — *Lybeck*, XII. calend. Maji. (Nyere Oversættelse). 1286. 20. Aprilis.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 289—91.

[1369.] Literæ capituli Arusiensis ecclesiæ, quibus indicat, Johannem præpositum de Himbærsysæl, canonicum Arusiensem, domum quandam lapideam usui communi canonicorum, "quos infirmari pro tempore contingeret", deputasse. — *Arus.*, in festo beatorum apostolorum Philippi et Jacobi. 1. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 415.

[1370.] Erici regis literæ, quibus confirmat privilegium episcopos eligendi, antea datum capitulo sancti Kanuti Otthoniensi. — *Otthoniæ*, octava b. Laurentii martyris. 17. Augusti.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. p. 758.

[1371.] Johannis archiepiscopi Lundensis diploma, quo conventionem, inter Petrum episcopum Vibergensem et monachos ex Viteschola super impetitione juris episcopi factam confirmat. — *Aos*, in (leg. III.) calend. Octobr. 29. Septbr.

Dän. Biblioth. VI. 175—76. Cfr. Danske Magaz. I. 145. not. p. Suhm Historie af Danmk. X. 927.

[1372.] Waldemarus, dux Jutiæ, civibus Sleswicensibus censum annuum, *Bygiald* dictum, *Arnegyald*, *Arffköp*, et alias exactiones remittit. — Die beati Andreæ apostoli. 30. Novbr.

Noodt Beiträge I. p. 168—70.

[1373.] Agnetis, Danorum Slavorumque quondam reginæ, et dominæ Estoniæ ad dominum Eylardum, advocatum suum, in Revalia literæ, ut civibus Lubecensibus bona ablata in plenum restituat. — *Nyköpingh*, die Stephani protomartyris. 26. Decbr.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXIII. p. 117.

1287. 1287.

[1374.] Erici Danorum Slavorumque regis et Agnetis matris suæ, eorundem reginæ, diploma, quo Lubecensibus gratias agunt, quod occisores Erici regis in civitatem non excepissent, deinde privilegia iis antea concessa confirmant et amplificant, et in specie promittunt, se curaturos, ut bona naufraga, quæ in Wironia injuriose occupata fuissent, iis restituantur. — *Helsingburgh*, in octava Stephani protomartyris. 2. Januarii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXV. p. 150—51. Cfr. no. 1389.

[1375.] Johannis Tusculani episcopi, legati sedis apostolicæ, statuta, maxime de rebus ecclesiasticis, in concilio Herbipolensi edita, et missa "per partes Alemanniæ, Bohemiæ, Daciæ et Sveciæ regna, nec non Moraviæ, Marchiæ, Poloniæ, Pomeraniæ, Prussiæ et Livoniæ, ac Russiæ ducatus". — *Herbipoli*, feria tertia post Lætare. 18. Martii.

Mansi collectio concilior. Tom. XXIV. 850—66. Staphorst Hist. eccles. Hamburg. I. Theil. II. Bd. p. 67—77.

[1376.] Agnetis) Danorum Slavorumque reginæ literæ, quibus, ex consensu filii sui Erici Danorum regis et consiliariorum, Frederico capitaneo ceterisque vasallis regiis Revaliæ jubet, ut bona naufraga, Johanni de Duaco (literæ ad Lubecenses habent J. de Dowayhe) assignata, sed "a quibusdam indebite directa", restituant. — *Roskild*, in dominica palmarum. 1. Aprilis.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXVI. p. 151.

[1377.] Agnes, Danorum Slavorumque regina et ducissa Esthoniæ, Joanni episcopo Revaliensi et dominis Odwardo de Lode, Accro Woghenson, Brun de Dale et Theoderico de 8. Aprilis.

1287. 8. Aprilis. Kele scribit, ut viros complures in Wironia, inter quos monachi de Falkenaa erant, qui bona civium Lubecensium ex naufragio liberata occupaverant, ad rationem poscant, coercentes eos rigore juris, hujusmodi bona irrationabiliter occupata exponere et in manus civium Lubecensium in civitate Revaliensi habitantium assignare, obstinaces ad præsentiam regis infra octavam Johannis baptistæ citare. Testibus præsentibus dño Wislao principe Ruianorum, regis Daniæ dapifero; Nicolao Bossohn, advocato in Wordingburch; Davith filio Thorstanni et Benedicto Waesta. — *Worthingburgh*, tertia die paschæ.

Dreyer specim. de naufr. p. CXLI—II.

4. Maji. [1378.] JOHANNES Tusculanus episcopus, apostolicæ sedis legatus, notum facit, "quod nos Aitholuthum honesti (sic) Bandinum de Fondora, Johannem Cimbardum, Thomasinum de Podio, Stellum Rostiompoli et Tebasdinum de Mangialmark, cives et mercatores Lucanos de societate dicta Ruchiardorum ..... ordinamus nostros legitimos prædicatores et nuntios speciales ad petendum et recipiendum nostro nomine a quibuscunque personis ecclesiasticis Alemanniæ, Boëmiæ, DACIÆ ac Sveciæ regnis ...., et a quibuscunque personis nostræ legationis vel prædicatoribus eorundem" omnes pecunias, "occasione ipsarum prædicationum nostrarum nobis persolvendas". — *Methis*, IIII. non. Maji post obitum Honorii papæ quarti, apostolica sede vacante.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 92—93. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 41 (ad ann. 1288.).

22. Maji. [1379.] Literæ STIGOTI ANDERSÖN, quondam regis Danorum marscalci, quibus probibet, ne familia sua possessiones canonicorum Arusiensium, in Skramsholm et alibi ubicunque sitas, infestet. — Quinta feria prox. ante fest. pentecostes.

Langebek Scriptt. VI. 416.

23. Maji. [1380.] Collectbrev, udstedt af Prioren WYBE MEYNSTORPE og hele Conventet i St. Johannes Klosteret paa Holmen uden for Sleswik, hvori de bede Alle og Enhver om Almisse til Klosteret, som var afbrændt. — *Sleswik*, am Frydaghe vor Pinghesten. (Plattydsk).

Westphalen Monum. ined. III. 335—36. 361—62.

22. Junii. [1381.] EDWARDI Angliæ regis ad Edmundum comitem Cornubiæ, regni Angliæ custodem, literæ, ubi ex literis Norvegiæ regis narrat facinus, quod in "REGEM QUONDAM DACIÆ, avum Norvegiæ regis", fratres ipsius regis Daciæ perpetraverint; quare comiti mandat, ut omnibus, qui ex regno Angliæ cum nuntio regis Norvegiæ (Olivero de monte Spinæ, comite Saresburg) in ejusdem regis subsidium ire voluerint, liberum commeatum præbeat. — *Apud Paris*, XXII. Junii, regni anno XIV.

Rymeri Foed. ed. Clarke et Holbrooke Vol. I. P. II. p. 667. Thorkelin Analecta. p. 159—60. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 18—21. 29—30.

25. Junii. [1382.] ERICI regis et HAQUINI ducis Norvegiæ literæ protectoriæ, datæ Stigoto Andræsson, Nicolao Knutson, Nicolao Hallandesfar, Petro Jacobson, Petro Pors et Stigotho Nicolasson, militibus, nec non Aghoni Cake et Ranoni Jonesson armigeris, viris Danis. — *Tonsberg*, in crastino nativitatis b. Johannis baptistæ.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. p. 110. Holberg Danm. Hist. I. 358—59.

22. Julii. [1383.] JOHANNIS episcopi Tusculani, apostolicæ sedis legati, confirmatio privilegiorum ordinis Prædicatorum in Dacia et Svecia. — *Cameraci*, XI. calend. Augusti, apostolica sede vacante.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 912. p. 30.

31. Julii. [1384.] WALDEMARI ducis Jutiæ diploma, quo civibus Lubecensibus per quoscunque ducatus sui terminos in Flandriam aut alias ire volentibus ad quascunque provincias

cum rebus et mercimoniis suis eundi et redeundi licentiam dat, et, si naufragium patiantur, bonorum quæ salvare potuerint liberam omnino possessionem remittit. — *Sleswick*, in festo Germani confessoris. 1287. 31. Julii.

Dreyer specim. de naufr. p. LXXXI—II.

[1385.] Erici Danorum Slavorumque regis ad advocatum, consules et burgenses Lubecenses literæ, quibus declarat, se ordinasse ut Fredericus Moltikoe (capitaneus regius) de bonis eorum in Wironia occupatis, quatenus in usum regium venissent, ratiọnem redderet, promittitque, se de iisdem bonis restituendis esse prospecturum. — *Roskildis*, feria V. proxima post diem assumtionis Mariæ. 21. Augusti.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXVIII. p. 154.

[1386.] Johannis episcopi Tusculani, apostolicæ sedis legati, ad universos provinciæ suæ archiepiscopos, episcopos et prælatos epistola, ne ordini Cisterciensi plures impetitiones imponant, dum ipse legatus constitutus esset, quam quæ annuatim ex consvetudine solvebant. — *Apud monaster. Clarævallis, Lingonensis dioecesis*, XI. calend. Octobr. apostolica sede vacante. 21. Septbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 947. p. 35.

[1387.] Waldemari ducis Jutiæ literæ protectoriæ, datæ civibus in Swineburgh. — *Tranekier*, in die Michaëlis archangeli. 29. Septbr.

Hofman Fundationer VI. 209. not. d. — Hæ literæ eædem sunt ac eæ, quæ jam supra (vid. no. 1292.) ad ann. 1280 relatæ sunt. Pertinent autem sine dubio ad ann. 1287. Suhmius earum et sub anno 1280 et sub anno 1287 mentionem facit (Hist. af Danmk. X. 804. XI. 21.).

[1388.] Johannis episcopi Tusculani, apostolicæ sedis legati privilegium, ordini Prædicatorum datum in provinciis Daciæ et Poloniæ, quibus iis facultatem concedit, "ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis", dummodo hi, quibus ipsorum restitutio fieri deberet, omnino inveniri non possent, nec de eisdem per sedem apostolicam aliud ordinatum esset, pro quolibet conventu provinciarum suarum XXV marcas recipere liceat. — *Apud monaster. Clarævallis, Lingon. dioecesis*, VIII. id. Decembris, apostolica sede vacante. 6. Decbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 952. p. 10—11.

1288.

[1389.] Erici Danorum Slavorumque regis diploma, quo civibus Lubecensibus cum mercimoniis et rebus suis per regnum Daniæ in Flandriam et quocunque vellent transire permittit, satisfactionem et plenariam restitutionem promittens, si bona eorum rapta fuerint, et si naufragium passi essent, bonorum quæ salvare potuerint liberam possessionem iis tribuens. — *Helsingburch*, in octava b. Stephani protomartyris. 1288. 2. Januar.

Dreyer specim. de naufr. p. XLVI—VII.

[1390.] Waldemari ducis Jutiæ literæ protectoriæ, datæ monachis de Loco Dei. — *Hathærsleff*, die purificationis beatæ virginis. 2. Febr.

Langebek Scriptt. VIII. 181.

[1391.] Erici Danorum regis diploma, quo "privilegium canonicorum Lundensium super debito æstivali, nuncupato vulgariter *Mytzumergeld*", confirmat. — *Lundis*, die Blasii martiris. 3. Febr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 955. p. 12.

[1392.] Erici Danorum regis diploma, quo canonicos Lundenses cum bonis eorum sub protectione sua suscipit, villicos eorum et colonos "ab omni expeditionis gravamine et 17. Martii.

1288. 17. Martii. impetitione exactoria, *inne, stuth,* vectigalibus ceterisque solutionibus, oneribus et servitiis juri regio attinentibus" liberos declarat. — *Helsingeburgh,* quarta feria prox. ante dom. Palmarum.
Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 959. p. 45—46.

22. Martii. [1393.] Literæ, quibus ERICUS rex omnia bona canonicorum de Ebbleholt ab omni expeditionis gravamine, scilicet *innæ, stud* et ædificatione urbium, impetitione exactoria omnique onere regio libera dimittit. — *Roskildis,* II. feria prox. post dominicam Palmarum.
Langebek Scriptt. VI. 165—66. Suhmius has literas ad ann. 1287 refert. (Hist. af Danmk. XI. 6.).

9. Aprilis. [1394.] JOHANNIS archiepiscopi Lundensis diploma de fundatione et dotatione altaris Johannis baptistæ in cripta ecclesiæ Lundensis. — *Lundis,* feria VI. post octavam Paschæ.
Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 960. p. 46—47.

11. Aprilis. [1395.] Literæ AGNETIS reginæ, de licentia fratribus ordinis Minorum concessa claustrum in Koldingh construendi. — *Skelfiskör,* XVIII. calend. Maji.
Langebek Scriptt. V. 516.

21. Maji. [1396.] NICOLAI (IV^ti) papæ bulla, qua matrimonium regis Sveciæ, Magni, cum Helvige, Gerhardi comitis Holsatiæ filia (quod rex eam inprimis ob causam inierat, quod timebat, comitem ERICO REGI DACIÆ auxilium adversus se laturum) contractum, ratum facit, et liberos ex hoc matrimonio susceptos legitimos declarat. — *Reate,* XII. cal. Junii, pontif. anno primo.
Skand. Lit. Selsk. Skrift. XXI. 92—94. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 962. p. 47—48.

23. Maji. [1397.] ERICI regis literæ protectoriæ et privilegia, data villanis de Faaburg. — *Nyburgh,* dominica sanctæ trinitatis.
Aktstykker etc. udg. af Fyens lit. Selsk. p. 123.

21. Junii. [1398.] CAPITULI RIPENSIS literæ, quibus testatur, priorem capituli Othiniensis protestatum esse, "nullum præpositum jus aliquod in eorum capitulo habere". — XI. cal. Julii.
Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 759—60.

15. Julii. [1399.] ERICI regis privilegium, civibus Ripensibus datum, quo ab omni solutione thelonei in nundinis Scaniensibus, "sicut ubique intra terminos regni a solutione thelonei sunt exempti", liberi declarantur. — *Ripis,* idibus Julii.
Terpager Ripæ Cimbr. p. 689. Dan. interpr. ap. Galthen, Beskr. ov. Ribe p. 162—63.

13. Augusti. [1400.] Quitancia JOHANNIS CIMBARDI, mercatoris Lucani de societate Ruchiardiorum, qua se nomine Johannis episcopi Tusculani pro legationis suæ per annum prædicatione $133\frac{1}{3}$ marcas puri argenti a magistro Astraco, canonico Ripensi, vice ecclesiæ Ripensis, recepisse testatur. — *Brygis,* in festo beati Ypoliti martyris.
Terpager Ripæ Cimbr. p. 92—93.

18. Augusti, vel 5. Sept. [1401.] Literæ MECHTILDIS quondam Daciæ reginæ, quibus omnibus suis oppidanis, colonis et hominibus in judicio Eckerneuorde constitutis notum facit, quod fratri suo dño Gerhardo, comiti Holtzaciæ, omnem hæreditatem suam (Mechtildis), sive bona inter Sliam et Eydoram sita, dedisset et contulisset perpetuo possidenda. — *Ciccemere,* in vigilia Magni martyris.
Lagerbring Svea Rikes Hist. II. 878. Michelsen Urkundensamml. I. 125.

5. Septbr. [1402.] WALDEMARI ducis Jutiæ literæ, quibus villanis in Faaborg libertates et jura, quæ iis Waldemarus et Abel, quondam reges Daciæ, atque Ericus dux Jutiæ concesserant, confirmat, "abusiones singulas, quas prædicti villani nostri hactenus in consvetudinem deduxerunt", "in irritum" revocat, eosque sub protectione sua speciali suscipit. — *Hathærslef,* (sine die).
Aktstykker etc. udg. af Fyens lit. Selsk. p. 124. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 35.

[1403.] Hakonis Norvegiæ ducis diploma, cum consensu *Jacobi comitis Hallandiæ*, Burnonis de Berkeri baronis et plurium virorum factum, quo civitati Visby et sex aliis civitatibus Hansæ immunitatem a telonio, "quod in captura allecium solvi solet", concedit, compositionemque Calmariensem inter Magnum Sveciæ regem (ex parte Normannorum) et civitates prædictas initam confirmat. — *Dunnersbork (Tönsberg)*, in festo nativitatis Mariæ. 1288. 8. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. 114—15. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 974. p. 58—59. Westphalen Monum. ined. Tom. IV. col. 997—98 (cum anno 1388.).

[1404.] Nicholai Burglanensis, Bertoldi Sleswicensis, Johannis Arusiensis et Laurencii Wibergensis episcopi testimonium de donatione et scotatione bonorum in Osterwitstæth in parochia Vitthæsteth, facta ecclesiæ s. Mariæ Ripis a domino Thrugillo canonico Ripensi et præposito in Thiuthæ sysæl. — *Rorsnæs* (Horsnæs?), dominica infra octavam nativitatis beatæ virginis. 12. Septbr.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 300.

[1405.] Johannis archiepiscopi Lundensis ad M(agnum) Upsalensem archiepiscopum literæ, cum quibus ei tres bullas a se et abbate Herivadensi vidimatas transmittit, de privilegiis, Cisterciensibus ab Innocentio IV. concessis, agentes. — *Lundis*, XIV. cal. Octobr. 18. Septbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 979. p. 63.

[1406.] Ericus, Danorum Slavorumque rex, notum facit, quod dominum Christiernum, Ripensem episcopum, et ejus fautores et amicos, super omnibus damnis et dispendiis, in quæ regis causa forte incurrerent, indemnes facere promiserit, et sese ad tuitionem castri Mykeltunder adstrinxerit. — *Roskildis*, feria secunda proxima ante fest. beator. apostolor. Symonis et Jude. 25. Octobr.

Michelsen Urkundensamml. I. 126.

[1407.] Ragnildis Erlendi filiæ, uxoris domini Magni Gregorii testamentum. Inter testes occurrit frater Olavus, prior provincialis Daciæ. — *Sictoniæ*, die Veneris prox. post festum Nicolai. 10. Decbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 981. p. 64—66.

[1408.] Nicolai (IV^ti) papæ confirmatio generalis privilegiorum monasterii Esromensis. — *Romæ ap. S. Mariam majorem*, idus Decembr. pontif. anno primo. 13. Decbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXIIII^b.

[1409.] Erici regis confirmatio privilegiorum, a progenitoribus suis civibus Ripensibus concessorum, hanc iisdem libertatem adserens, "ut ab omni solutione thelonii tam in nundinis nostris Scanör quam alibi in regno, *Torffuegield*, *Strandwrak et Forbaandh* liberi esse debeant", nec non "ut quicquid consules dictorum civium simul cum advocato nostro ... decreverint faciendum, ratum et stabile ... habeatur". — *Ripis*, in die beatorum innocentium. 28. Decbr.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 689. Langebek Scriptt. VII. 327—28. Interpr. Dan. ap. Galthen, Beskr. ov. Ribe, p. 163—64.

1289. 1289.

[1410.] Erici Danorum Slavorumque regis diploma, quo monachos de Viteschola sub protectione sua suscipit, privilegiaque iis concessa confirmat. Testibus Martino cancellario et Petro dapifero. — *Geetstath*, calend. Martii. 1. Martii.

Dan. Biblioth. VI. 144—46.

1289. 16. Martii. [1411.] ERICI regis literæ, quibus privilegia et libertates episcopi, capituli et ecclesiæ Arusiensis confirmat. — *Othoniæ*, in quarta feria proxima ante dominicam, qua cantatur Lætare Jerusalem.

Langebek Scriptt. VI. 397.

26. Aprilis. [1412.] MATTHEI, sanctæ Mariæ in Porticu diaconi cardinalis, ad ministrum provincialem fratrum Minorum in provincia Daciæ literæ, ne symoniace moniales in ordinem suscipiat. — *Romæ*, VI. calend. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 990. p. 74.

28. Aprilis. [1413.] ERICI, regis Daniæ, privilegium, quo teloneum in regno Daniæ civibus Slesvicensibus remittitur. — *Kallindborgh*, in die beati Vitalis martyris.

Noodt Beyträge I. 170. German. interpr. in Cypræi Annall. episc. Slesv. p. 295—96. Vid. supra no. 1284., ubi hæ literæ ad ann. 1280 sunt relatæ. — A Suhmio hæ literæ et ad ann. 1280 et ad ann. 1289 referuntur (Hist. af Danmk. X. 798. XI. 60.).

9. Junii. [1414.] INGVARI episcopi Roskildensis literæ, de miraculo nuper in Ruya in terra Yazmot facto, "ubi corpus Christi per quandam mulierem, diabolo suggerente, diu absconditum in cruentam carnem asseritur esse versum"; quapropter statuit, ut illud corpus Christi cruentum sub custodia et reverentia habeatur, iisque, qui locum, ubi repositum est, visitant, XL dies de injuncta iis poenitentia relaxat. — *(Roskildis).*

Epit. ap. Schwartz: Kurtze Einleit. zur Geogr. des Norder-Teutschlandes p. 105. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 64.

6.—11. Junii. [1415.] GUILLELMI abbatis Præmonstratensis literæ, quibus universis prælatis et subditis Præmonstratensis ordinis in Dacia et Norvegia vel alibi constitutis notum facit, "quod nos de novo, post resurrectionem domini nuper præteritam, tale privilegium in curia Romana impetravimus, ut nos et omnes ordinis professores ubique terrarum, quoties nos ad loca diversa diverti contigerit eundo et redeundo, quæ apponuntur nobis, possimus comedere carnes in locis omnibus sive pisces". — *Datum in villa, quæ dicitur de Lile in Flandria*, in octavo *(sic)* trinitatis.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 760—61.

16. Junii. [1416.] PETRI Arosiensis episcopi et capituli ejusdem ecclesiæ ad pontificem Romanum literæ, quibus supplicationem a Nicolao decano et Mag. Laurentio, canonicis ecclesiæ Upsalensis, proferendam, de emancipatione ecclesiæ Upsalensis a *primatu Lundensi*, commendant. — *Apud Feringö*, XVI. calend. Julii.

Liljegren Dipl. Svecan. II. no. 995. p. 77—78. Messen. Scond. illustr. Tom. XII. p. 78—79 (cum die XII. cal. Julii). (Vid. infra sub no. 1427.).

3. Julii. [1417.] NICOLAI (IV^ti) papæ ad Johannem, archiepiscopum Lundensem, literæ, de pallio archiepiscopo Upsalensi tradendo. — *Reate*, V. non. Julii, pontif. anno secundo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 997. p. 79—80.

(3. Julii.) [1418.] Formula tradendi pallium archiepiscopo Upsalensi, archiepiscopo Lundensi missa.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 999. p. 80.

12. Julii. [1419.] GISELBERTUS, archiepiscopus Bremensis, notum facit, quod Alberto duci Saxoniæ fide data promiserit communem et juratam pacem servare, quam Albertus dux, *W(aldemarus) dux dacie* (Jutiæ?) aliique jurati terræ Holtsaciæ ac civitates Lubecensis et Hamburgensis observare promiserunt. — *Graft*, in vigilia beatæ Margaretæ.

Michelsen Urkundensamml. I. 130—31. Cfr. Archiv f. Staats- u. Kirchengesch. IV. 591—99.

[1420.] Literæ INGVARI episcopi Roschildensis, quibus jus civitatis, quod hactenus consules et cives Hafnienses modo pro parte receperunt, integraliter iisdem consulibus et civibus, usque ad consummationem inceptæ munitionis urbis, concedit. — *Roschildis*, feria sexta proxima ante fest. nativit. virginis glor. 1289. 2. Septbr.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 60—61.

[1421.] ERICI regis literæ, quibus molendinum in Althorp mensæ canonicorum Arusiensium consensu matris suæ et aliorum consiliariorum confert et scotat. — *Wortingborg*, in crastino beati Michaëlis archangeli. 30. Septbr.

Langebek Scriptt. VI. 396—97. 451.

[1422.] TRUGOTI præpositi Lundensis testamentum, quo possessiones suas altari ab eo in ecclesia b. Laurentii Lundensi constructo et nonnullis claustris et ecclesiis legat. — *Lundis*, in festo S. Catharinæ virginis. 25. Novbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1005. p. 83—85.

[1423.] E(RICUS) rex monasterium Esromense sub sua suscipit protectione et privilegia ejus confirmat. — *Sioburgh*, in profesto circumcisionis domini. 31. Decbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LVII.

[1424.] ERICUS rex abbatem et monachos de Esrom una cum omnibus bonis eorum et familia iisdem attinente sub suam protectionem suscipit, omnia bona eorum ab omni expeditionis gravamine, impetitione exactoria, Innæ, Stuth ceterisque solutionibus, oneribus et servitiis juri regio attinentibus liberat, eisque jus emendarum, etiam XL marcarum, alias regi a colonis eorum solvendarum, confert. — *Sioburgh*, in profesto circumcisionis domini. 31. Decbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LVI^{b}.

[1425.] Communitatis et consulum civitatis Ripensis totiusque conventus fratrum Minorum ejusdem civitatis transsumptum literarum supra sub no. 1378. et 1400. allatarum. — *Ripis*.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 92—93.

1290.

1290.

[1426.] BERCALDI (leg. BERTALDI) episcopi Slesvicensis et CHRISTIERNI episcopi Ripensis literæ de sententia arbitrali, quam in lite inter monasterium Loci Dei et dominum Johannem Urnæ super bonis in Bolderslemarck et Urnæ ediderunt, in quibus simul testantur, Johannem Urnæ sententiam prædictam acceptasse. — Die Veneris prox. post dominic. trinitatis. 2. Junii.

Langebek Scriptt. VIII. 162—63.

[1427.] CAPITULI UPSALENSIS ad Nicolaum papam IV^{tum} literæ, ubi nuntios Nicolaum decanum et M. Laurentium mittere se dicit, "damna, gravamina et importabilia onera", quæ ex eo, quod *archiepiscopus Lundensis primatiam super ecclesiam Upsalensem postulavit*, oriretur, exposituros. 20. Junii.

Epit. in Neumanni Hist. primatus Lundensis p. 175. Aut hæ literæ ad ann. 1289, aut literæ supra sub no. 1116. allatæ ad ann. 1290. pertinere videntur.

[1428.] NICOLAI Burglanensis episcopi diploma, quo Jacobo abbati et capitulo monasterii Vitescholæ ecclesiam in Sundby cum pertinentiis confert. — *Sundby*, M.CC.XC. tertia dominica Deus omnium. 25. Junii.

Dan. Biblioth. VI. 170—71. Cfr. Danske Magaz. I. 115, ubi Langebekius annum et diem diplomati adscriptos ita corrigit, ut *tertia* in *tertio* mutet, et diploma ad ann. 1293 refert. Nulla autem correctione opus est. Nam "*Dominica Deus omnium*" vocatur non solum dominica tertia post pentecosten, verum etiam quævis alia dominica, quæ

1290. postea usque ad primam dominicam mensis Augusti occurrere potest. Vid. L'art de vérifier les dates (ed. Paris. 1818. 4.) Tom. I. p. 183. sub voc. *Deus omnium adjutor est.*

[1429.] THRUGOTI præpositi Lundensis testimonium, de parte molendini in Helsingeburgh siti (in Giuindi), per Johannem Tholffsön monasterio Esromensi legata. — Sine ann. et die.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXCIX.

12. Octobr. [1430.] JOHANNIS archiepiscopi Lundensis testimonium de parte molendini in Giuindi, vi testamenti Johannis Tholfsön monasterio Esromensi adjudicata. — *Lundis*, idus Octobris quarto.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXCVIII.

20. Novbr. [1431.] JOHANNIS electi Upsalensis prohibitio, ne quis sententias excommunicationis, ab archiepiscopo Lundensi in præpositum et capitulum Upsaliense latas, in præjudicium ecclesiæ suæ publicare præsumat in provincia Upsaliensi. — *Upsaliæ*, XII. calend. Decembr.

Messen. Scond. illustr. Tom. XII. p. 78. Neumann Hist. primatus Lundens. p. 174—75. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1024. p. 98.

28. Novbr. [1432.] INGIÆRD, relicta domini Barwidi, scotationem bonorum suorum in Bothorp et Hallendorp, a fratre suo domino Olavo dicto Næsæ monasterio Esromensi factam, confirmat. — *Roskildis*, quarto calend. Decembris.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXXIX^{b}.

30. Novbr. [1433.] Literæ JOHANNIS, Arusiensis episcopi, quibus declarat, archidiaconum et capitulum ecclesiæ Arusiensis nec ad equos episcopi pabulandos, nec ad tres marcas denariorum officialibus ipsius erogandas, teneri. — *Arus.*, in festo beati Andreæ apostoli.

Langebek Scriptt. VI. 411.

[1434.] Priorum provincialium ordinis Prædicatorum, inter quos "OLIVERIUS, PROVINCIALIS DACIÆ" enumeratur, ad cardinales literæ, quibus novitates ordini intrudendas deprecantur. [Adduntur de eadem causa literæ eorundem XII provincialium ad totum ordinem, et appellatio ad sedem apostolicam, data "die sabbati quinto exeunte Majo"]. — *Ferrariæ.*

Martene et Durand Thes. nov. Anecdot. Tom. IV. 1842—43. seq.

1291.

1291. 20. Febr. [1435.] Constitutio WALDEMARI ducis Juciæ de jurisdictione civitatis Sleswicensis. — *Sleswyck*, tertia feria ante festum cathedræ sancti Petri.

Michelsen Nordfriesland in Mittelalter p. 183—84.

3. Martii. [1436.] ANDREÆ THORKILLI, canonici Lundensis, diploma, quo plura bona sua ad institutionem altaris in ecclesia S. Laurentii Lundensi et ad anniversarium suum tenendum legat. — *Lundis*, non. Martii V.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1035. p. 107—108.

12. Aprilis. [1437.] MARGARETA, uxor Kanuti Rööth, legat, confert et assignat monasterio sanctæ Mariæ in Esrom omnia bona, quæ possederat in Bosethorp. — Actum feria quinta proxima ante dominicam palmarum.

Kierulf Esrom Klosters Historie p. 58—59. Cod. Esrom. fol. CXL.

1. Augusti. [1438.] NICOLAI (IV^{ti}) papæ bulla, qua priori provinciali fratrum ordinis Prædicatorum in Dania committit, cum nonnullis electis sui ordinis circumire, et populos ad expeditionem in terram sanctam suscipiendam hortari. — *Apud urbem veterem*, calend. Augusti, pontif. anno quarto.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1735. p. 676—79.

[1439.] Erici regis literæ, quibus prohibet, ne quis, cujuscunque sit conditionis, contra privilegia et libertates, canonicis Arusiensibus concessas, facere aliquid præsumat. — *Ripis*, dominica infra octavam assumptionis b. virginis. 1291. 19. Augusti.

Langebek Scriptt. VI. 398.

[1440.] Johannis episcopi Arusiensis literæ, in quibus Johanni sacerdoti in Biærnöfthæ, Roskildensis dioecesis, clausulam literarum Urbani IV^ti^ papæ (dat. ap. urb. vet. XV. cal. Novbr. pontif. anno tertio) ad Thuconem episcopum Arusiensem, de dispensatione, L clericis Daciæ. defectum natalium patientibus data, communicat. — *Nor.*, in die decollationis sancti Johannis baptistæ. 29. Augusti.

Langebek Scriptt. VI. 255—56.

[1441.] Ottonis archidiaconi Arusiensis testimonium, datum Johanni sacerdoti, rectori ecclesiæ in Biærnöfthæ, Roskildensis dioecesis, "quod per venerabilem patrem, dominum Thuconem, quondam Arusiensem episcopum, dispensatum fuit cum eo et ad beneficium, curam habens animarum, et ad sacros ordines, quos jam habet". — *Ripis*, tertio non. Septbr. 3. Septbr.

Langebek Scriptt. VI. 256.

[1442.] Margretæ Knutzdotther, Abbedisse i S. Clare Kloster i Roskilde, og Conventet sammesteds tilstaae, at de, med Samtykke af Frue Ælseff, Forstanderinde for bemeldte Kloster, have leiet Anders Hanssön en Gaard i Alyne lille. (Oversættelse).

Suhm Hist. af Danmk. XI. 869. cfr. 107.

[1443.] Statuta capituli generalis ordinis Cisterciensis: § 3. "Item statuit et ordinat capitulum generale, quod definitio de abbatibus de Dacia, de Suetia, de Frisia edita, quantum ad generationem Cisterciensem in suo robore perseveret, ita quod illi, qui per ipsum mittentur, habeant potestatem puniendi, corrigendi per depositionem vel alias prout videbitur faciendum".

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecd. Tom. IV. 1486.

[1444.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum. § 18: "Mittimus in provinciam Dacie visitatores, fratrem N. priorem Hildesemensem, Fridericum priorem Madeburgensem, cum plena auctoritate magistri et nostra, qui tam in capitibus quam in membris inquirant, corrigant, ordinent et emendent, quæcunque corrigenda et emendanda viderint et invenerint, et ambo in solidum habeant potestatem". § 19: "Absolvimus priores provinciales ..... Oliverium Dacie .... et ordinamus, quod iidem fratres in eisdem provinciis et conventibus ad eadem officia non assumantur isto anno". — *Palentiæ.*

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecd. Tom. IV. 1849.

1291 vel post.

[1445.] Nicolai episcopi Burglanensis literæ, quibus testatur, se omnia sibi in mansione Dofre attinentia, "tam in terris, quam in domibus et pecoribus, cum omni reliqua supellectili", fratribus Loci Dei, apud quos locum sepulturæ sibi elegerat, contulisse. — Sine anno. 1291 vel post.

Langebek Scriptt. VIII. 217—18. Donatio hæc a Nicolao episcopo *in extremis agente* facta est (vid. literas P. præpositi et Johannis episcopi Börglumensis ap. Langeb. l. c. p. 217.). Nicolaus vivit adhuc d. 22. Martii et 25. Junii an. 1290. (vid. Suhm Hist. af Danmk. XI. 79. et diploma supra no. 1128. allatum), et fortasse adhuc ann. 1292. vel 1291. in vivis erat (vid. Pontoppidan Annall. II. 78. cfr. I. 761.); quo vero anno diem supremum obierit, incertum est.

1292. **1292.**

6. Januar. [1446.] Literæ, quibus ERICUS rex canonicis in Ebbleholt omnes terras regias in ipsorum Wang sitas, prius Alsentorp adjacentes, scotat. — *Roskildis*, die Epiphaniæ.

Langebek Scriptt. VI. 166.

16. Martii. [1447.] ERICI regis literæ, quibus episcopo Arusiensi, canonicis ejusdem ecclesiæ eorumque successoribus concedit, ut omnes nautæ, qui ad "Norsminnæ" venerint, liberi sint ab omni jure regio, eumque in finem prohibet, ne quis episcopum et canonicos super hac gratia molestare præsumat. — *Horsnæs*, in dominica mediæ XL^mæ.

Langebek Scriptt. VI. 398—99.

1. Aprilis—5. Julii. [1448.] Indulgentiæ quadraginta dierum, omnibus ecclesiam cathedralem Ripensem in certis diebus festis visitantibus nec non eidem aliquid conferentibus, per singulos OCTO CURIÆ ROMANÆ EPISCOPORUM concessæ. — *Romæ*, sede apostolica vacante.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 85—86.

21. Aprilis. [1449.] JOHANNIS episcopi Roskildensis vidimatio literarum Magni Sveciæ regis, de commutatione fundi cum monachis in Æskylstunum, prima domin. adventus 1290 facta. — *Roskildis*, VIII. calend. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1068. p. 140.

31. Maji. [1450.] Literæ JOHANNIS, Arusiensis episcopi, quibus prohibet, ne quis canonicos Arusienses super libertatibus, quas rex Ericus portui Norsminnæ concessit, molestet. — Sabbato proximo ante dominicam trinitatis.

Langebek Scriptt. VI. 411.

10. Junii. [1451.] JOHANNIS episcopi Roskildensis declaratio, se anno domini 1291, XIII. calend. Decembris, in Biærnöfthæ literas supra sub no. 1440. et 1441. allatas audivisse et recepisse. — *Roskildis*, quarto idus Junii.

Langebek Scriptt. VI. 255—56.

11. Augusti. [1452.] ERICI regis et HAQUINI ducis Norvegiæ privilegium, Lubecensibus datum, per castra *Hunals in Hallandia* et *Hjalm* libere transeundi; præterea declarant, se viva voce injunxisse *Jacobo* comiti Hallandiæ et *Stigoto* marscalco, ut jubeant incolas sine dilatione Lubecensibus debita sua reddere. — *Tunsberg*, in crastino Laurentii martiris.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. 133. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. 1079. p. 146.

25. Augusti. [1453.] Literæ ERICI regis, quibus "civibus Ripensibus ipsorum Forstrand, Lyst, Mannö, et littora omnia inter prædicta loca et civitatem Ripensem sita, una cum ipsorum Diyb, sicut ea habere consveverant ab antiquo", libere possidenda dimittit. — *Nyburg*, in crastino beati Bartholomei apostoli.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 690. Michelsen Nordfriesland p. 184—85.

[1454.] Haderslevs Stadsret, stadfæstet af Hertug VALDEMAR (med nyere Tillæg). — Uden Sted og Dag.

Corpus Statutorum Slesvicens. II. 418—473. Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 470—482. (Jvfr. Varianter i Staatsbürg. Magaz. VIII. 741 ff.). Nyere tydsk Oversættelse haves hos Westphalen, Monumenta ined. IV. 1977—1985. og i Corpus Statutor. Slesvicens. l. c. Jfr. Falcks Handbuch I. 381.

[1455.] O(LAI) prioris provincialis ordinis Prædicatorum in Dacia literæ ad fratrem Israëlem lectorem Sictoniensem, ejusdem ordinis, continentes exscriptum Nicolai papæ IV^ti bullæ

(dat. ap. urbem vet. calend. Aug. an. 1291.), de indulgentiis pro iis, qui crucis signo assumto Edvardum Angliæ regem in terram sanctam c. medium æstatis 1293 sequi voluerint. — *Lundis.* 1292.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1734. p. 671—75.

[1456.] O(lavi) prioris provincialis ordinis Prædicatorum in Dacia vidimatio bullæ Nicolai IV^ti, supra sub no. 1438. allatæ. — *Lundis.*

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1739. p. 683.

1293. 1293.

[1457.] Kong Eriks Frihedsbrev for de Godser i Ingelsted Herred, Löderup Sogn, som afg. Ridder Jens Kanne havde skjænket som Sjælegave til Præstens Bord i Löderup, at bemeldte Godser skulle være "qvitt och frij aff Inne, Stött, Letting och aff all kongeligh tynge till euig tidh". [Efter vidimeret Copie af Kong Christian den Tredie, dat. Hafniæ sabbatho Jubilate 1541]. — *Nyborg*, feria secunda post dominicam passionis. 16. Martii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1090. p. 154—55.

[1458.] Christierni episcopi Ripensis testimonium de domo "prope portam s. Michaëlis Ripis" sita, partim ab ipso, partim a Johanne, filio Nicolai Tupissen, monasterio Loci Dei donata. — In vigilia ascensionis dominicæ. 6. Maji.

Langebek Scriptt. VIII. 239.

[1459.] Ericus, Danorum Sclavorumque rex, civibus in Kiöpmanhafn promittit "super damnis omnibus et singulis, si qua eos contingat incurrere, ratione æmulorum ipsius captionis, seu bonorum detentionis, factæ per eosdem hactenus vel in posterum faciendæ, super indemnatione debita obtinenda, adstare firmiter, et eorum impugnatoribus his de causis se pro eis opponere responsalem". — *Köpmanhaffn*, secundo die pentecostes. 18. Maji.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 64—65. Dan. interpr. ap. Suhm, Hist. af Danmk. XI. 872—73. cum anno MCCXCIIII. Vid. infra no. 1465.

[1460.] E(rici) Danorum regis diploma, quo Stralsundensium privilegia in nundinis Skanörensibus et alibi per regnum suum confirmat. — *Roskildis*. in vigilia Laurentii. 9 Augusti.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg II. no. LXXVII^c. p. 172—73. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1712. p. 685.

[1461.] Erici Danorum regis diploma, quo Stralsundensium privilegia quoad bona naufraga confirmat. — *Roskild*, in vigilia b. Laurentii. 9. Augusti.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXXVII^d. p. 173.

[1462.] Haquini Norvegiæ ducis literæ protectoriæ, datæ canonicis Wibergensibus in Læsö insula. — *Wæthel*, die Bartholomæi apostoli. 21. Augusti.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. 112. Suhm Hist. af Danmk. XI. 870—71.

1294. 1294.

[1463.] Jus municipale Hafniense, a Johanne (Krag) episcopo Roskildensi editum. — *Hafnis*, calend. Februarii IIII. 29. Januarii.

Langebek Scriptt. VII. 86—98. Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 101—120.

[1464.] Christierni episcopi Ripensis literæ, quibus notum facit, quod "Johannes dictus Stycke, acolythus, filius Nicholai Bossen de parochia Rodager, constitutus in claustro Loci Dei . . ., recognovit se in audientia placitantium in placito Hwittingherret legaliter et bona voluntate sua scotasse claustro Loci Dei omnes terras suas, quas possedit in Obelingmarck, 10. Martii.

1294. 10. Martii. Hwitting, Vterbiærgem, Öndrupmarck et Risbymarck jure perpetuo possidendas". — *In claustro Loci Dei*, sexto idus Martii.

Langebek Scriptt. VIII. p. 75.

7. Junii. [1465.] Kong ERIKS Brev om at holde Kjöbenhavns Indvaanere skadeslöse for den Skade, de maatte komme til at lide ved Krigen med Landets Fjender. — *Kiöbenhaffn*, anden Pintzedagh. (Oversættelse).

Suhm Hist. af Danmk. XI. 872—73. Originalen, hvorefter denne Oversættelse er gjort (see ovenfor Nr. 1459.) har Aarstallet 1293; maaskee fordi Udgiveren har overseet det ene I i Tallet MCCXCIIII. Saaledes er nemlig Aarstallet skrevet i Oversættelsen.

16. Julii. [1466.] ERICI Danorum regis literæ protectoriæ, datæ decanis, yconomis et capitulo Lundensis ecclesiæ, nec non omnibus et singulis clericis ejusdem dioecesis cum bonis et familiis. Teste Achone dapifero. — *Apud Mæthelfar*, feria VI. post divisionem apostolorum.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1115. p. 177. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 305. (cum *die IV.* etc.). Pontan. Rer. Danicar. Hist. Lib. VII. p. 380. (cum die *Id. Julii, fer. IV.* etc.). Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 766. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 169.

6. Augusti. [1467.] ERICI Danorum regis literæ protectoriæ, fratribus Prædicatorum de civitate Lundensi datæ, ad eleemosynas "ex parte domus suæ" in Malmögh colligendas. Teste Achone dapifero. — *Ripis*, in crastino Dominici confessoris.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1116. p. 177—78.

6. Augusti. [1468.] ERICI regis literæ, quibus civibus Ripensibus "pratum quoddam ex parte occidentali Konings Æng juxta Ripas situm ..., donec circummurata fuerit civitas antedicta", concedit. — *Ripis*, die beati Sixti papæ.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 30—31. 707. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 155. 157.

16. Augusti. [1469.] ERICI regis ad Abosysæl inhabitantes literæ, quibus prohibet, ne quis pecora sua ad pascua in Syfningmarck, Wistthorpmark et Skougsmark, Enmerki canonicorum Arusiensium, mittat. — *Arus*, in crastino assumpt. beatæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 416—17.

8. Octobr. [1470.] ERICI Danorum Slavorumque regis et ducis Estoniæ declaratio, quod bona fratrum domus Theutonicorum ex Pryscia, quæ in civitate Copmenhafn detenta erant, non ex consilio Lubecensium sed potius insciis eisdem detenta sint. Testibus Johanne episcopo Roskildensi et consiliariis regiis. — *Nyburgh*, in profesto b. Dionysii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. LXXX. p. 177.

9. Octobr. [1471.] ERICI Danorum regis privilegium, datum civibus de Lubece et de Gotlandia, et omnium civitatum maritimarum, mare orientale transire volentibus, ut ad regnum Daniæ ubique cum mercibus venire et ibi mercaturam exercere liceat, securis ab omnibus balivis et officialibus regiis. "Singulariter autem assecuramus eosdem per terras nostras: Estoniam videlicet totam et Wironiam usque ad fluvium Narva, deinde versus Novogardiam, ne quisquam eos sive in mare sive in terris in se vel in suis præsumat aliquatenus impedire". — *Nyburg*, die b. Dionysii et sociorum.

Dreyer Specim. de naufr. p. XLVII—XLVIII. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1120. p. 180. German. interpr. ap. Willebrandt, Hansische Chronik III. p. 12.

10. Octobr. [1472.] Literæ, quibus AGHO et PETRUS, SAXONIS FILII, sub conditione retrovenditionis Brothero diacono, Arusiensi canonico, dant consensum emendi quædam bona, quæ Ingiburgh mater ipsorum venalia habet. — In crastino beati Dionysii mart.

Langebek Scriptt. VI. 483.

1295.

1295.

[1473.] Literæ, quibus Nicolaus Magnussön et Petrus Jonæsön de Scania Brothero diacono, sub conditione retrovenditionis, impertiunt consensum emendi quædam bona, quæ Ingiærd, relicta domini Johannis Ærlandsön, venalia habet. — Die beati Vincentii mart. 22. Januar.

Langebek Scriptt. VI. 487.

[1474.] Literæ, quibus Nicolaus Thorstansön dictus Hak Brothero diacono, canonico Arusiensi, dat consensum emendi quædam bona, quæ Ingiærd, relicta domini Johannis Ærlandsön, venalia habet. — In crastino b. Vincentii. 23. Januar.

Langebek Scriptt. VI. 488.

[1475.] Literæ, quæ declarant, dominam Ingiburgh omnes suas possessiones in Holmstorpmark in Haslæherrit, propinquioribus cognatis ipsius legitime in tribus placitis venales exhibitas, unicuique libere vendere posse. — In profesto purificationis b. virginis. 1. Febr.

Langebek Scripti. VI. 450.

[1476.] Literæ Ingjærd, relictæ domini Johannis Ærlændson, quibus declarat, se consensu propinquorum suorum omnia sua bona in Holmstorp et parochia Tilest sita, Brothero diacono, canonico Roskildensi, scotasse. — Sabbato prox. ante dominicam Innocavit. 19. Febr.

Langebek Scriptt. VI. 451.

[1477.] Erici regis literæ, quibus notum facit, quod domina Ingiærd, relicta domini Johannis Ærlendson, omnia bona sua in Holmstorp Brothero diacono, canonico Roskildensi, scotaverit. — *Slangathorp*, sabbato proximo ante dominicam Invocavit me. 19. Febr.

Langebek Scriptt. VI. 449—50.

[1478.] Consulum Ripensium et fratrum ordinis Prædicatorum et Minorum testimonium, se vidisse literas appellationis capituli Ripensis dd. 1261, tertio idus Maji. — *Ripis*, proxima sexta feria post dominicam Quasimodogeniti. 15. Aprilis.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 206—7.

[1479.] Bonifacii (VIII^{vi}) papæ dispensatio, data Johanni dicto Foot presbytero, canonico ecclesiæ Roskildensis, ut, licet de presbytero genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ecclesiam in Helsingör canonicatumque Roskildensem, unacum fructibus ex iis perceptis, retinere possit. — *Laterani*, V. calend. Maji, pontif. anno primo. 27. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 258—59. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 195.

[1480.] Erici Danorum Slavorumque regis, ducis Estoniæ literæ, quibus iis, qui "de bonis Lybecensium, apud Wironiam naufragio amissis, aliquid levaverunt, et hoc se levasse confessi sunt", mandat, ut infra festum nativ. Joh. Baptistæ coram se personaliter compareant, et rationem bonorum captorum reddant. — *Ripis*, die Canuti regis et martyris. 10. Julii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenb. II. no. LXXXIII. p. 185.

[1481.] Johannis Tusculani episcopi sententia, qua Nicolaum, præpositum Upsalensem, et capitulum ejusdem ecclesiæ a sententiis excommunicationis et suspensionis ab *archiepiscopo Lundensi* latis eximit, et Nicolaum prædictum archiepiscopali munere dignum judicat. — *Anagniæ*, XXIII. mensis Julii, pontif. Bonif. VIII. anno primo. 23. Julii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1135. p. 189—91.

[1482.] Bonifacii (VIII^{vi}) papæ bulla, qua Nicolai, decani ecclesiæ Upsalensis, electionem in archiepiscopum ejusdem ecclesiæ confirmat, palliumque ei mittit, post inaugurationem, a Johanne Tusculano episcopo faciendam, a duobus diaconis cardinalibus tradendum, 17. Augusti.

1295. "salvo tamen jure ecclesiæ Lundensis, quæ in eadem ecclesia Upsalensi jus primatiæ asserit
17. Augusti. se habere". — *Anagniæ*, XVI. calend. Septembris, pontif. anno primo.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1136—42. p. 191—95. Ejusdem fere tenoris bullæ eodem die missæ sunt præposito et capitulo Upsalensi (impress. in Neumanni Hist. primatus Lundens. p. 177.); populo civitatis et dioeceseos Upsaliensis; clero ejusdem civitatis et dioeceseos; suffraganeis Upsaliensibus; regi atque duci Sveciæ.

23. Augusti. [1483.] BONIFACII (VIII^vi) papæ ad regem Daniæ literæ, cum nuntio Isarno archipresbytero Carcassonensi missæ, in quibus rogat, ut Joannem Lundensem archiepiscopum, e custodia liberatum, cum nuntio Romam proficisci permittat. — *Anagniæ*, X. calend. Septembris, pontif. anno I.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1295. L—LI. Tom. IV. p. 192.

13. Decbr. [1484.] WOLDEMARUS, dux Juciæ, ecclesiam sanctæ trinitatis in Slesvik cum omnibus ejus bonis sub sua pace et protectione speciali suscipit, ejusdemque bona ab omni expeditionis gravamine, impetitione exactoria, *Imæ*, *Stuth* et *Quersæt* etc. libera et exempta dimittit. — *Sleswick*, die beatæ Luciæ virginis.

Noodt Beyträge II. 112—13. Michelsen Urkundensamml. I. 141.

[1485.] BONIFACII (VIII^vi) papæ confirmatio constitutionis: "*Cum ecclesia Daciana*". — *Romæ* (sine anno).

Cypræi Annall. episc. Slesv. p. 301—3. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 766—68. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 195.

1296. **1296.**

30. Januar. [1486.] Literæ, quibus CONSULES ET COMMUNITAS VILLÆ HAFNIENSIS ad obedientiam erga Johannem, episcopum Roskildensem, quem perplures cives Hafnienses verbis et factis offenderunt, se obstringunt, atque ei et ecclesiæ Roskildensi, quosdam fundos et alias res conferunt et scotant. — *Hafnis*, calend. Febr. III.

Langebek Scriptt. VII. 99. Suhm Hist. af Danmk. XI. 874—76.

3. Febr. [1487.] Hertug ERIK af LANGELANDS Stadfæstelse paa Rudkjöbing Indbyggeres Friheder og lovlige Vedtægter. — Festo S. Ansgarii.

Hofman Fundationer VI. 210. not.

5. Maji. [1488.] Procuratorium, a rege ERICO datum magistro Martino cancellario ejus et Guidoni canonico Ripensi, pro se et fratre suo Christophoro, ad agendum processum eorum Romæ contra Johannem Grand, archiepiscopum Lundensem. — *Ripis*, III. nonas Maji.

Langebek Scriptt. VI. 275—76.

17. vel 21. Julii. [1489.] Literæ, quibus NICOLAUS DICTUS WPLÆNINGH scotationem bonorum quorundam in Bwdinghe et Bagswerdhe sitorum monasterio in Ebbleholt confirmat. — III. feria infra octavas b. Margaretæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 166.

21. Julii. [1490.] ERICI regis et HAQVINI, Norvegiæ ducis, diploma, quo testantur promissum Erici domini Langlandiæ, consangvinei et generi sui, "quod ipse sorores et monasterium sanctæ Claræ Roskildis in Selandia super bonis sitis in Buckæthorp in Selandia ad dies suos non impetet", quæ bona Agnes, filia Erici Danorum regis, monasterio sanctæ Claræ dederat. — *Bergis in claustro fratrum Minorum*, in vigilia b. Jacobi apostoli.

Höjeri disquisitio de Sophia Langeland. p. 101—102. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 776. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. 174—75.

[1491.] ERICI regis et HAQVINI ducis Norvegiæ diploma, quo omni juri, quod illis in bonis in Bucthorp in Syalandia sitis competere poterit, renuntiant, quum matertera eorum domicella Agnes, Erici Danorum regis filia, sororibus sanctæ Claræ Roskildis et earum monasterio eadem bona scotaverat et dederat perpetuo possidenda. — *Bergis*, in vigilia beati Jacobi apostoli. 1296. 24. Julii.

Höjeri disquisitio de Sophia Langeland. p. 101. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 174.

[1492.] ERICUS "dei gratia illustris ducis Juciæ filius, dominus Langlandiæ", omnia bona, "quæ domicella Agnæs", filia Erici regis Danorum, "monasterio sanctæ Claræ Roskildis in Bukæthorp sita contulit et per scotationem assignavit", suo et uxoris suæ Sophiæ nomine, prædicto monasterio libere dimittit. — *Bergis*, sexto calend. Augusti. 27. Julii.

Höjeri disquisitio de Sophia Langeland. p. 102.

[1493.] ERICI Norvegiæ regis privilegium, Hamburgensibus, qui mercandi causa Norvegiam visitaverint, concessum. Inter testes nominatur "ERICUS, FILIUS DOMINI ERICI DUCIS JUCIÆ". — *Bergis*, pridie calend. Augusti, anno regni decimo septimo. 31. Julii.

Schuback de jure littoris p. 271—75. Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. II. 175—77.

[1494.] Gerhardus, comes Holsatiæ, et uxor ejus AGNES, QUONDAM DANORUM REGINA, notum faciunt, quod "ad claustrum ordinis sancti Benedicti in Cicemer de corona spinea salvatoris, domini nostri Jesu Christi, venerabiles donaverint reliquias". — *Nicopinge*, feria tertia post nativit. b. Mariæ virginis. 11. Septbr.

Michelsen Urkundensamml. I. 143.

[1495.] CHRISTIANI episcopi Ripensis totiusque ejusdem loci capituli literæ, quibus donationem domini Herberti Somær, civis Ripensis, terrarum quarundam in Wilselöfmark et in Sönderrice Mark, ad sustentationem missæ in ecclesia beatæ Mariæ Ripis, confirmant.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 253—54.

[1496.] SOPHIA, "dei gratia domina Langlandiæ", omnia bona in Buckæthorp in Syælandia, quæ "soror nostra (Sophiæ) domicella Agnes, domini Erici quondam regis Daciæ nata", monasterio sanctæ Claræ Roskildensis scotaverat, dimittit, consensu "mariti nostri (Sophiæ) carissimi, ac dilectorum nepotum nostrorum, dominorum Erici regis et Haquini ducis Norvegiæ illustrium", accedente. — Sine anno.

Höjeri disquisitio de Sophia Langeland. p. 102—103. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 776. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 228.

1297.

[1497.] Literæ JOHANNIS, Arusiensis episcopi, quibus indicat: dominum Johannem Ascersön, dictum Kyyt, in præsentia ipsius constitutum, capitulo Arusiensi curiam suam in Enum scotasse. — *Arus.*, quarta feria proxima post Epiph. dom. 1297. 9. Januar.

Langebek Scriptt. VI. 411—12.

[1498.] Literæ JOHANNIS, Arusiensis episcopi, quibus significat, se ecclesiam Iæthænstat, consensu parochianorum ejusdem accedente, capitulo Arusiensi contulisse. — *Arus.*, die beati Augustini episcopi. 28. Augusti.

Langebek Scriptt. VI. 412.

[1499.] Literæ OTTONIS ducis Brunsvicensis et Lunehurgensis, quibus se bona ua hæreditaria "in parochia Gerdinghe et Thedinbole et ubicunque in Frisia sita et jacentia" vunculo suo Gherardo comiti Holsatiæ vendidisse testatur. — Die nativitatis sanctæ Mariæ virg. 8. Septbr.

Michelsen Nordfriesland p. 185.

1297. 22. Septbr. [1500.] ERICI regis ad Syællandiam inhabitantes literæ, quibus prohibet, ne quis in possessionem, quæ "*enmærky*" dicitur, in Nyxæl, quæ canonicis Arusiensibus attinet pleno jure, mittere præsumat ad pascua pecora, jumenta vel porcos sine consensu canonicorum. — *Slaulös*, die beat. mart. Mauricii et sociorum ejus.

Langebek Scriptt. VI. 399.

22. Septbr. [1501.] ERICI regis literæ, quibus bona et familiam canonicorum Arusiensium in Syællandia sub protectione sua suscipit. — *Slaulös*, die beat. mart. Mauricii et sociorum ejus.

Langebek Scriptt. VI. 399.

9. Octobr. [1502.] ERICI regis literæ protectoriæ, datæ villanis in Faaburgh. — *Otthoniæ*, die beatorum martyrum Dionysii et sociorum.

Aktstykker etc. udg. af Fyens lit. Selsk. p. 124—25.

c. 9. Octobr. [1503.] ERICI regis literæ, quibus prohibet, ne quis in possessionem, quæ *enmærky* dicitur, in Bothorpmark in Hælnæs, quæ canonicis Arusiensibus pleno jure attinet, mittere præsumat porcos, pecora vel jumenta ad pascua. — *Othoniæ* (sine anno et die).

Langebek Scriptt. VI. 400. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 259.

30. Octobr. [1504.] E(RICI) regis literæ, quibus prohibet, "ne quis officialium suorum seu civium civitatis cujuscunque vel aliorum quorumcunque laicorum aliquem clericorum dioecesis Ripensis ad forum seculare trahere seu capere vel captum tenere presumat, nisi in recenti excessu seu facinore publico, ratione quorum de jure capi debeat, deprehensum, episcopo tamen ejusve officiali ad primam horum requisitionem tradendum, et per ipsos juxta excessus commissi exigentiam puniendum". — *Ripis*, die beati Theodgari confessoris.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 181. Langebek Scriptt. VII. 331.

11. Novbr. [1505.] GÖTONIS, canonici Lundensis, testamentum, quo unam curiam in Lockathorp altari beati Stephani in ecclesia sancti Laurentii Lundensis legat, cum tali conditione, quod procurator fabricæ Lundensis ecclesiæ curiam prædictam sub ordinatione sua teneat. — *Lundis*, crastino b. Martini confessoris.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1211. p. 243.

1298.

1298. 6. Januar. [1506.] ERICI regis literæ, quibus significat, Johannem episcopum Arusiensem, in præsentia ipsius regis constitutum, domum suam lapideam, ad austrum juxta ecclesiam b. Clementis sitam, cum omnibus utensiliis canonicis Arusiensibus scotasse. — *Arusiæ*, in die epiphaniæ domini.

Langebek Scriptt. VI. 399.

7. Januar. [1507.] ERICI regis literæ, quibus ecclesiæ Arusiensi cedit omnia regalia cum executione totius juris regii super navigiis et nautis ejusdem ecclesiæ. — *Arus*, crastino epiphaniæ.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. p. 781.

22. Febr. [1508.] Literæ S. DE RAPERHET et K. DE HORSTROP ad W. episcopum Slesvicensem. — *Apud ecclesiam Höxet*, in cathedra beati Petri.

Vid. supra no. 495.

23. Febr. (vel 3. Martii.) [1509.] WALDEMARI, episcopi Slesvicensis, literæ de colonia in villa Holme sita et monasterio Loci Dei legata. — *Krakelundt*, secunda feria proxima post dominicam Reminiscere.

Vid. supra no. 496.

7. Aprilis. [1510.] Literæ CHRISTIERNI, episcopi Ripensis, quibus multa bona, propriis sumtibus comparata, offert "ad sustentationem viginti pauperum scholarium idoneorum ad literas di-

scendas, undecunque de episcopatu Ripensi assumendorum sub communi cohabitatione ... secundum regulam eis competentem Ripis in perpetuum faciendam". — *Ripis*, feria secunda paschæ. 1298. 7. Aprilis.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 311. Pontan. Rer. Danicar. Hist. Libr. VII. p. 383. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. 779. Terpager Ripæ Cimbr. p. 466—67. Dan. interpr. ap. Hvitfeldt, Bisp. Krön. p. 25.

[1511.] Bonifacii (VIII^vi) papæ literæ, quibus (Johanni Grand) archiepiscopo Lundensi facultas conceditur libere disponendi de beneficiis ecclesiasticis in dioecesi et provincia Lundensi, juxta concilium Lateranense ad papam devolutis. — *Romæ apud s. Petrum*, II. cal. Junii, pontific. anno quarto. 31. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 353—54.

[1512.] Thrugoti, capellani regis Danorum, Jacobi, decani in Halmstath hærath, Nicholai advocati in Falkinbergh et quatuor aliorum, placitum Getynge visitantium, literæ, quibus testantur, Nicolaum Diaconum, advocatum in Falkynbergh, domino Nicolao Kætilssun omnia bona sua in Gamalsbotha, videlicet tres curias et unum molendinum, pro LX marcis legaliter scotasse. — *Getinge*, die Hyppoliti martiris. 13. Augusti.

Liljegren Dipl. Svecan. II. no. 1245. p. 270—71. / Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 284.

[1513.] Trugoti, Danorum regis capellani; Jacobi, decani in Halmstatha hærath; Nicolai Diaconi, advocati in Falkinbærgh et plurium, placitum Getingense visitantium, ad Thorkillum Knutson, marschallum regis Sveciæ, literæ, de cohibendo et judicando Johanne Thorhælphason de Wæsbo, qui bovem unum et XII sues furto abstulerat. — *Getinge*, die Hippolyti martyris. 13. Augusti.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1246. p. 271.

[1514.] Querela capituli Lundensis ad summum pontificem de Erico rege Daciæ. — XVII. calend. Octobr. 15. Septbr.

Langebek Scriptt. VI. 313—15. — Hanc querelam Bartholinus ad d. 15. Septembr. an. 1299. refert (Suhm Hist. af Danmk. XI. 292.), ad quem etiam pertinere videtur (cfr. Suhm l. c. p. 293. 311.).

[1515.] Christiani Ripensis episcopi privilegium, Lubecensibus datum, ut, si intra fines episcopatus Ripensis naufragium aliquando paterentur, omnia bona naufraga, quæ per se vel per alios salvare potuerint, pleno jure sibi vindicare liceret. — *Lübeck*, sabbatho post Martini episcopi. 15. Novbr.

Dreyer Specim. de naufr. p. LXXXII—III.

[1516.] B(artholdi) episcopi Slesvicensis et capituli Slesvicensis transsumptum literarum, supra sub no. 1328. et 1329. allatarum. — *Slesvik.*

Suhm Hist. af Danmk. X. 1021—23.

1298—1301. 1298 1301.

[1517.] H(ermanni) marchionis Brandenburgensis ad consules Lubecenses literæ, quibus eos ad conventum in Frederikstorp quinta feria post dominicam trinitatis invitat; refert præterea, se et patruum suum Ottonem, marchionem Brandenburgensem, nuntium ad *regem Daniæ* transmisisse, et certum esse, iis nihil ab eo timendum esse, cum magna inter eum et fratrem discordia sit. — *Saltzwedele*, die pentecostes.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. no. XCI. p. 192.

1299. **1299.**

6. Januar. [1518.] Literæ, quibus ERICUS, Danorum Slavorumque rex, fratres monasterii Ruris Regii cum bonis eorum sub sua protectione recipit. — *Arus*, die epiphaniæ Domini.

Langebek Scriptt. VII. 324—25.

19. Januar. [1519.] ERICI regis procuratorium, datum Henrico episcopo Revaliensi, ad tractandum cum Johanne archiepiscopo Lundensi de solutione cujusdam pecuniæ summæ, archiepiscopo debitæ. — *Othoniæ*, XIX. die mensis Januarii, in ecclesia majori, anno nativ. Christi MCCXCIX., pontificatus Bonifacii VIII^vi^ anno IIII. (V.).

Langebek Scriptt. VI. 331—32.

25. Januar. [1520.] JOHANNIS archiepiscopi Lundensis privilegium, Lubecensibus datum, ut, quotiescunque circa fines terræ, archiepiscopo in temporalibus subjectæ, naufragium passi fuerint, omnia bona naufraga, quæ per se vel alios servare potuerint, pleno jure vindicare liceat. — *Lubekæ*, in conversione S. Pauli.

Dreyer Specim. de naufr. p. CXVIII—XIX. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1266. p. 282—83.

27. Januar. [1521.] HENRICI episcopi Revaliensis indulgentiæ, datæ omnibus manus adjutrices monasterio sanctimonialium beati Johannis baptistæ in Sleswic porrigentibus. — *Sleswik*, VI. calend. Februarii.

Westphalen Monum. ined. III. 362.

6. Febr. [1522.] ERICI regis literæ, quibus declarat, Aghonem Saxisön Randrus anno domini 1293, in vigilia nativitatis domini, omnia sua bona in Loværdsysæl sita Johanni, episcopo Arusiensi, impignorasse. — In crastino b. Agathæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 401.

1. Martii. [1523.] ERICI regis literæ salvi conductus, datæ Johanni archiepiscopo Lundensi et omnibus, quos secum ducere voluerit. — *Allaborg*, anno domini MCCXC. 8. die cinerum.

Langebek Scriptt. VI. 341—42.

1. Martii. [1524.] JON JONSÖN DICTI LITLE et adhuc XXVIII magnatum Danorum literæ, quibus testantur, se "promisisse bona fide et juramento præstito corporali, quod omnia et singula, quæ in literis domini nostri regis" (vid. no. 1523.) "super conductu et securitate venerando patri, domino Johanni archiepiscopo Lundensi, Svetiæ primati, ac omnibus et singulis, quos secum adducere voluerit ....., præstitis (præstandis?) et servandis, juxta formam ipsarum literarum irrefragabiliter in omnibus observentur". — Die cinerum.

Langebek Scriptt. VI. 342—43.

6. vel 13. Martii. [1525.] ISARNI archipresbyteri Carcassonensis, nuntii et capellani papæ, admonitio Erico regi facta, de satisfactione archiepiscopo Lundensi, secundum ordinationem vel sententiam papæ, præstanda. — *Alburgh*, sexta feria post carnisprivium, pontif. Bonifacii VIII^vi^ anno VI. (V.).

Langebek Scriptt. VI. 335—36.

8. Martii. [1526.] BONIFACII (VIII^vi^) papæ confirmatio super donatione villæ Kopmannæhafn et "medietatis provinciæ, in qua villa prædicta consistit", a rege Waldemaro I. Absaloni episcopo Roskildensi et ab eo ecclesiæ Roskildensi facta. — *Laterani*, VIII. idus Martii, pontificatus anno quinto.

Pontoppidan Origg. Hafn. p. 7—8.

15. Martii. [1527.] BONIFACII (VIII^vi^) papæ ad Ysarnum nuntium sedis apostolicæ literæ, quibus Erico Daniæ regi concedere jubet, cum in loca regni sui interdicto subjecta pervenerit, sibi

et familiæ suæ et aliis comitantibus januis clausis submissa voce in capella sua per capellanum suum divina officia celebrari, exclusis tamen omnibus excommunicatis. — *Laterani*, id. Martii, pontif. anno V. 1299. 15. Martii.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1299. X. Tom. IV. p. 265. Eodem die aliis literis (quarum epitome tantummodo adest) jubet, ut hoc ante surgentem lucem fiat, et ita ut rex parce hujusmodi concessione utatur.

[1528.] BONIFACII (VIII^vi) papæ ad nuntium sedis apostolicæ Isarnum literæ, quibus ei injungit, ut regem Daniæ Ericum, Christophorum, fratrem ejus, et alios, qui propter vim archiepiscopo Lundensi illatam excommunicati erant, interdicto solvat, cum humiliter ad papam de hac re supplicasset, commendans discretioni ejus conditiones et poenitentias iis imponendas. — *Laterani*, XV. calend. Aprilis, pontif. anno V. 18. Martii.

Raynald. Contin. Baron. ad Ann. 1299. IX. Tom. IV. p. 264.

[1529.] BONIFACII (VIII^vi) papæ bulla, qua Ysarno archipresbytero Carcassonensi, nuntio sedis apostolicæ, injungitur, postquam Ericus rex Daniæ ab excommunicatione propter captionem J(acobi) archiepiscopi Lundensis solutus sit, matrimonium ejusdem regis cum Ingeburgh Birgeri Sveciæ regis filia legitimum declarare, etsi quarto consangvinitatis gradu impeditum. — *Laterani*, XV. calend. Aprilis, pontif. anno quinto. 18. Martii.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1299. X. Tom. IV. p. 265. Liljegren Diplom. Svecan. II. no. 1270. p. 286—87.

[1530.] BONIFACII (VIII^vi) papæ ad archiepiscopum Rigensem, et episcopos Tharbatensem et Ossiliensem literæ, quibus iis injungit, ut omni consilio utantur ad conatus paganorum in Estonia contra Danos supprimendos, ne religio christiana in his regionibus labefactetur. — *Laterani*, XV. calend. Aprilis, pontif. anno V. 18. Martii.

Raynald. Contin. Baron. ad ann. 1199. XI. Tom. IV. p. 265—66. Langeb. Scriptt. VI. 356—57.

[1531.] Literæ JONÆ JONSON DICTI LITLÆ de bonis in Langerith, Colleryth et Wæghby, quæ monasterio Esromensi contulit. — Die annunciationis beatæ virginis Mariæ. 25. Martii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CVII.

[1532.] JOHANNIS archiepiscopi Lundensis literæ, quibus se obligat ad acceptandum conductum, quem Isarnus, nuntius et capellanus papæ, et alius episcopus, si quem forsan rex eligere voluerit, ipsi miserint. — *In castro Hammer*, pridie nonas Aprilis. 4. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. p. 315—16. cfr. p. 310, ubi eædem literæ inveniuntur, sed falso anno "MCCXC.8" datæ esse dicuntur.

[1533.] Literæ CHRISTIERNI episcopi Ripensis, quibus testatur, se in recompensationem donationis prati Litel Jern in parochia Skastath, domui pauperum scholarium Ripensium a Syster, femina quadam, factæ, huic Syster domum suam in Brethegatæ Ripis ad dies vitæ gratis concessisse. — *Ripis*, in coena domini. 16. Aprilis.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 167—68.

[1534.] CAPITULI SLESVICENSIS, consulum et totius communitatis Slesvicensis literæ de Gerardi dicti Long, civis Hamburgensis, donatione fundi alicujus in platea piscatorum siti, ad utensilia fontis cujusdam, siti ad orientem ecclesiæ S. Trinitatis, comparanda. — XVI. Apr. 16. Aprilis.

Nordt Beytrage II. p. 269. Michelsen Urkundensamml. I. 118.

[1535.] Literæ CHRISTIANI episcopi Ripensis, quibus XL marcas denariorum usualium vel quinque libras sterlingorum, a vicario ecclesiæ Hening annuatim persolvendas, pauperibus scholaribus, in domo lapidea in Puketoft receptis, confert. — Feria secunda ebdomadæ paschæ. 20. Aprilis.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 168.

1299. 22. Aprilis. [1536.] ISARNI archipresbyteri Carcassonensis, capellani et nuntii papæ, transscriptum literarum Johannis archiepiscopi Lundensis, supra, sub no. 1532., allatarum. — *In civitate Ripensi*, XXII. mensis Aprilis, indictione XII., pontif. Bonifacii VIII^vi^ anno V.

Langebek Scriptt. VI. 345—46.

7. Maji. [1537.] ERICI regis ad Schaniam inhabitantes literæ, quibus sub poena capitali prohibet, ne quis Johannem archiepiscopum Lundensem, Hafniam proficiscentem aut de Hafnia revertentem, vel aliquem de ejus sequacibus in bonis vel personis præsumat aliquatenus perturbare, nec quisquam apud portus quoscunque arma vel res alias, ex quibus dicto archiepiscopo provenire possit interim damnum vel molestia, deducere præsumat ullo modo, si regiam vitare voluerit ultionem. — *Roskildiæ*, anno domini MCCIX. 8. (*leg.* MCCXCIX.) in crastino beati Johannis ante portam Latinam.

Langebek Scriptt. VI. 343.

11. Maji. [1538.] JOHANNIS episcopi Roskildensis et ISARNI archipresbyteri Carcassonensis, capellani et nuntii papæ, literæ ad Johannem archiepiscopum Lundensem, cui literas salvi conductus regis et baronum Daniæ (vid. supra no. 1523. et 1524.) mittunt. — *Roschildiæ*, die Lunæ, XI. mensis Maji, pontif. Bonifacii VIII^vi^ anno V.

Langebek Scriptt. VI. 340—43.

11. Junii. [1539.] ERICI regis literæ, quibus Johanni archiepiscopo Lundensi et omnibus, quos secum adduxerit, salvum et securum concedit conductum Kiöpmanhaffn morandi et Roskildiam veniendi ac infra festum assumptionis beatæ Mariæ proximum, quo voluerit, redeundi. — *Haffniæ*, tertio idus Junii.

Langebek Scriptt. VI. 334—35.

13. Junii. [1540.] Testamentum JACOBI HERBÖRNSUN. — In sabbato trinitatis.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. I. p. 783. Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXXIX.

6. Julii. [1541.] ERICI regis literæ, quibus Esgverum (Jul), canonicum Ripensem, suum constituit procuratorem "in omnibus causis et negotiis nostris motis et movendis, cujuscunque qualitatis existant, coram quibuscunque judicibus et personis ventilabuntur vel debeant ventilari". — *Slangetorp*, in octava apostolorum Petri et Pauli.

Langebek Scriptt. VI. 357—58.

28. Julii. [1542.] Literæ JOHANNIS (archiepiscopi Lundensis ad episcopos Daciæ), ut de beneficiis ecclesiasticis, quæ tam diu vacaverint, ut eorum collatio ad archiepiscopum vel sedem apostolicam sit devoluta, inquirant ipsique referant, eosque, qui talia beneficia occupant, ad comparendum coram ipso infra tres menses in castro Hammerensi Borghunderholm citent. — *In castro Haffnensi*, V. calend. Augusti.

Langebek Scriptt. VI. 259.

20. Augusti. [1543.] CHRISTIARNI presbyteri, canonici Lundensis, testamentum, quo bona sua in usum piorum institutorum distribuenda legat. — XIII. calend. Septembr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1279. p. 294—95.

26. Septbr. [1544.] JOHANNIS archiepiscopi Lundensis literæ, quibus Laurentium, Oddonem et Petrum Hildulphi, canonicos Lundenses, procuratores suos legitimos constituit, qui bona et jura regalia in dioecesi Lundensi constituta, ipsi a Bonifacio VIII^vo^ papa et ejus nuntio Isarno, archipresbytero Carcasonensi, adjudicata, reciperent. — *Borenholm in castro Hammer*, VI. calend. Octobris.

Langebek Scriptt. VI. 326—27.

[1545.] ANDREÆ quondam cellerarii, canonici Lundensis literæ, quibus testatur se, juxta mandatum Isarni, capellani et nuntii papæ, "M. Laurentium, Petrum Hildulphi et Oddonem, venerandi patris Johannis, dei gratia Lundensis archiepiscopi, Svetiæ primatis, procuratorio nomine in possessionem corporalem omnium bonorum et jurium regalium in Lundensi dioecesi constitutorum, excepta duntaxat Hallandia", misisse, et cum pleno jure et dominio scotavisse. — *In synodo Lundensi*, XIII. die mensis Octobris, indictione XIII., pontif. Bonifacii VIII^vi^ anno quinto. 1299. 13. Octobr.

Langebek Scriptt. VI. 336—37.

[1546.] Literæ CONSULUM CETERORUMQUE CIVIUM ARUSIENSIUM, quibus declarant, curiam quandam in Arus unacum quadam taberna præposito Magno, canonico Arusiensi, scotatam esse ab Alberto Alberti filio et Christina, sorore magistri Wilgrippi. — XI. cal. Novbr. 22. Octobr.

Langebek Scriptt. VI. 416.

[1547.] ERICI regis appellatio ad sedem apostolicam contra processum Isarni archipresbyteri Carcasonensis, nuntii sedis apostolicæ, in causa inter regem et Johannem archiepiscopum Lundensem; unacum JOHANNIS Arusiensis et PETRI Wibergensis episcopi literis testimonialibus de hac appellatione coram ipsis facta. — *Slaulösiæ*, nonas Novembris. 5. Novbr.

Langebek Scriptt. VI. 349—50.

[1548.] Margaretæ Gözstavi filiæ donatio curiæ Norby in Nericia et plurium fundorum ad claustrum monialium ordinis Prædicatorum, quod Calmarniæ fundare proposuerat. Inter testes nominatur OLAVUS PROVINCIALIS DACIÆ. — *Apud antiquam Sictoniam*, infra octavas Martini confessoris. 12—17. Novbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1291. p. 301—303.

[1549.] ERICI regis literæ, quibus Hindthorpmark, Groskæmark, Gyældthorpmark et Kysingmark esse „*enmærky*" canonicorum Arusiensium declarat, prohibetque, ne quis pecora sua eo ad pascua mittat. — *Horsnæs*.

Langebek Scriptt. VI. 400.

1300. 1300.

[1550.] BONIFACII (VIII^vi^) papæ bulla mandatoria, episcopo Ripensi missa, ut bona hospitalis sancti spiritus Ripensis illicite alienata vel distracta eidem restitui faciat. — *Laterani*, VII. id. Januarii, pontificatus anno sexto. 7. Januar.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 512—13.

[1551.] ERICI regis confirmatio privilegiorum monachis Esromensibus concessorum, "donec cum consiliariis nostris deliberemus, quid cum ipsis et ceteris claustralibus super hujusmodi libertatibus sit agendum". — *Sioburgh*, feria quinta proxima post dominicam Invocavit. 3. Martii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LII.

[1552.] Literæ HELMERICI prioris totiusque conventus fratrum Prædicatorum in Arus, quibus declarant, se quandam partem tabernæ, ipsis a domina Katerina, relicta Robesinni, collatam, domino præposito Magno vendidisse. — *Arus*, tertia feria paschæ. 12. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 416.

[1553.] JACOBI comitis Hallandiæ oppignoratio bonorum Herleef in Grymätunä, Ionsryth et Straksryth cum adjacentiis, pro quingentis marchis argenti ad Henricum Moryn et ejus hæredes. — Quarto die paschæ. 13. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1308. p. 319—20. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 390.

1300. 5. Maji. [1554.] Literæ, quibus JOHANNES RÆGHENSSÖN, DICTUS TOT, monasterio Ebbleholt bona quædam in Lyngby maglæ assignat. — V. feria post diem app. Philippi et Jacobi.

Langebek Scriptt. VI. 166—167.

12. Maji. [1555.] Testamentum NICOLAI ATTISON, personæ ecclesiæ de Blystorph, quo bona sua in Lucöu, Unnæthorp, Dunewælde et Örby monasterio Esromensi legat. — *Actum in fundo ecclesiæ Blysthorp*, in commemoratione sanctorum Nerei et Achillei.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 877—79. Cod. Esrom. fol. CXXXIII.

29. Maji. [1556.] BIRGERI Sveonum regis literæ, quibus, secundum placitationem inter Ericum quondam Danorum regem et Magnum, regem Sveonum, de liberis eorum utrinque matrimonio jungendis, reginæ suæ totam Fiedrundiam cum reditibus assignat, una cum villa forensi Enecopia, reservato ei jure majoris dotationis, si rex Daniæ reginæ suæ Ingeburgi, sorori Birgeri regis, plures reditus assignaverit. — Die pentecostes.

Ericus Olai Hist. Svecorum Libr. III. p. 156—57. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1317. p. 324—25.

28. Augusti. [1557.] NICOLAI JACOBSUN de Harthæker literæ, quibus bona in Geeslef monasterio Esromensi resignat. — *Lundis*, dominica proxima post fest. Bartholomæi.

Hæ literæ, etsi a Suhmio (Hist. af Danmk. XI. 362.) ad hunc annum referuntur, ad ann. 1330. pertinent. Vid. infr. ad d. 30. Augusti an. 1330.

11. Novbr. [1558.] ERICI regis confirmatio super venditione bonorum hæreditariorum in Gherdinghe et Thetesbole in Frisia, in Warwitsysel in Jucia, in Auelby, Stauerby, Lungby et Steeke in Fionia, comiti Gerhardo a ducibus de Brunswik et Lyneborch facta. — *Wortinghburc*, in festo beati Martini episcopi.

Michelsen Nordfriesland p. 185—86.

[1559.] Placitatio inter CAPITULUM et CIVITATEM RIGENSEM et ERICUM Danorum regem, qua paganorum insultibus, inprimis vero persecutionibus ordinis Teutonici in Livonia, coacti, civitatem Rigensem et terras suas (Semigalliam, Valez et Gerze) regi Daniæ submittunt, sub certa conditione, promittuntque, se nunquam sine regis Daniæ consensu pacem cum ordine Teutonico inituros. — Sine anno.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 315. Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. VII. p. 388—89. Napiersky Monum. Livoniæ antipuæ I. 141—42.

c. 1300.

c. 1300. [1560.] Postulationes Wismariensium de refusione bonorum, quæ Lubecenses et Rostokienses diripuerant a MERCATORIBUS DANIS, sc. villanis "de Fune, de Langhelande, de Alborgh et de Kallingheborgh", cum sub salvo conductu Wismariensium in eorum portu jacerent. (Wismarienses jam solverant ultra C et LX marc. Lubecenses, sed multa adhuc restabant). — *(Wismar)* sine anno.

Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenberg. II. no. XCIX. p. 515—216.

1301.

1301. 13. Januar. [1561.] GENTILIS, tit. sancti Marci in montibus presbyteri cardinalis, ad episcopum Roskildensem literæ, quibus P. dictum Dulcem, presbyterum Roskildensis dioecesis, ab excommunicatione absolvit, si quam propterea, quod interdictum non servavit, incurrerat. — *Laterani*, idibus Januarii, pontificatus Bonifacii VIII^vi^ anno VII.

Langebek Scriptt. VI. 354—55.

[1562.] Johannæ, viduæ Gudmundi Litlæ, literæ donationis de villa Krumholt in Frostehereth in parochia Hardlöse ad capitulum ecclesiæ Lundensis. — *Lundis*, cal. Febr. XII. 1301. 21. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1335. p. 336—37.

[1563.] Literæ regis Erici, quibus declarat, Thordonem Thurison omnes suas terras et silvam quandam, in Ladhinghmark sitas, Petro diacono, notario regis, nomine Brotheri diaconi scotasse. — *Wibergis*, in crastino beati Matthiæ apostoli. 25. Febr.

Langebek Scriptt. VI. 447—48.

[1564.] Matthiæ, s. Mariæ in portu diaconi cardinalis, literæ, quibus abbatissæ et conventui monasterii Roskildensis, ordinis sanctæ Claræ, significat, quod dominæ Ingeburgi reginæ Daciæ facultatem concesserit "intrandi tribus vicibus in anno intra clausuram intrinsecam monasterii cum decem honestis mulieribus". — *Laterani*, II. nonas Aprilis, pontificatus Bonifacii VIII^{vi} anno VII. 4. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 355.

[1565.] Ericus rex conventui in Esrom liberam concedit facultatem asseres, ligna, clavos ferreos et omnia alia in villa Hælsyngburgh libere comparandi. — *Sioburgh*, in crastino beator. apostolor. Philippi et Jacobi. 2. Maji.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LII^{b}.

[1566.] Petri præpositi, Thordonis archidiaconi et totius capituli Roskildensis literæ, quibus testantur, se vidisse bullam confirmatoriam Alexandri (IV.) papæ (de an. 1256.) super diplomate Friderici (II.) imperatoris (de an. 1214.), quo omnes termini ultra Eldanam et Albiam, imperio attinentes, regno Daniæ addebantur. — *Roskildis*, profesto b. Joh. ante portam Latinam. 5. Maji.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 206.

[1567.] Erici Danorum Slavorumque regis, ducis Estoniæ literæ, quibus ecclesiæ Doberanensi et fratribus ibidem deo servientibus proprietatem villæ Critscemowe donat et confert. — *In civitate Rozstoc*, indictione XIV. pridie nonas Junii. 4. Junii.

Westphalen Monum. ined. III. 1568—69.

[1568.] Ericus rex testatur, se villam dictam Palchowe ad partes Godofridi Symonis, Alberti Spyszenagel ac Johannis dicti Rufus, fratrum et civium in Rozstok, contulisse, prout eandem a duo Heinrico domino de Werle receperunt. — *Warnemunde*, Pantaleonis martyris. 28. Julii.

Schröter Beyträge zur Mecklenburg. Geschichts-Kunde 1. Bd. 1. H. p. XI.

[1569.] Nicolai, domini de Wenden, diploma, quo conditiones firmæ pacis et concordiæ inter eum et fautores ejus: marchionem Hermannum de Brandenborg, duces Stetinenses et plures principes, cum Erico Danorum rege in castello Sewan die Mariæ Magdalenæ factæ, exponuntur. — *Rostock*, die b. Petri ad vincula. 1. Augusti.

Rostock wöchentl. Nachrichten 1753. p. 17—22. Suhm Hist. af Danmk. XI. 880—82.

[1570.] "Atto, Christi gratia sacerdos et persona ecclesiæ de Tybyrke", curiam suam in Lucöghe monasterio Esromensi confert. — *Esrom*, in crastino beatæ virginis Katerinæ. 26. Novbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXXIIII.

[1571.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum. § 17: "Item absolvimus subpriorem Amburgensem in poenam, quia petivit literam testimonialem a definitore Daciæ, et non recognovit eum definitorem, antequam sibi de hoc per constitutionem constaret, et damus ei X dies in pane et aqua". § 19: "Item fratrem Gottfredum lectorem Sindoniæ, quod provinciali Daciæ, posito in dormitorio communi cum uno infirmo, non cessit de

1301. camera provincialis, quam occupaverat, non contentus camera lectoris, et quia impedivit subpriorem, ne mitteret pro priore, qui vicinus erat, suspendimus ab omni officio lectionis per annum et assignamus eum conventui Gisimensi". — *Apud Coloniam.*

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1881.

1301—1302.

1301-1302. [1572.] Literæ ERICI regis ad papam Romanum, in quibus suppliciter rogat, ut regnum suum interdicto liberet. — Sine anno et die.

Langebek Scriptt. VI. 350—51. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 318. Pontoppidan Theatr. Dan. II. p. 117. Holberg Danm. Hist. I. 368—69. Ejusdem Geistl. og verdsl. Stat. p. 104. Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. VII. p. 391. Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 224.

1302.

1302. 22. Januar. [1573.] OLAVI fratrum ordinis Prædicatorum in provincia Daciæ prioris vidimatio epistolæ, a Thorere monacho Sictonensi editæ (Scaris 1298. feria V. post festum Matthiæ), qua fatetur, se breviarium Sictonense cum licentia conventus habere; quod prior districte prohibet distrahi vel alienari. — *Siktuniæ*, feria secunda post Agnetis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1358. p. 355—56.

12. Febr. [1574.] SCABINI et CONSULUM SUTPHANIENSIUM literæ ad Ericum Daniæ regem, quibus de violentiis, mercatoribus civitatum Slaviæ et oppidorum comitatus Gelrensis atque dioeceseos Trajectensis in Scanore, Falsterbode et aliis Daniæ partibus illatis, queruntur. — *Sutphaniæ*, feria secunda post Agathæ virginis.

Sartor. Gesch. der Hanse ed. Lappenberg. II. no. CIX. p. 225. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1360. p. 357—58.

23. Febr. [1575.] Sententia finalis in causa inter Ericum regem Daciæ et Johannem archiepiscopum Lundensem a JOHANNE, tit. sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali juxta mandatum Bonifacii VIII^vi papæ, lata et pronunciata. — *Romæ apud ecclesiam sanctorum Marcellini et Petri*, indictione XV. die Veneris, XX(III.) mensis Februarii, pontificatus Bonifacii VIII^vi anno octavo.

Langebek Scriptt. VI. 351—53.

8. Martii. [1576.] ERICI regis privilegium, villanis Randrusiæ datum, quo a solutione theloni regi debiti, quocunque ipsos cum mercimoniis venire contigerit, nundinis ad Schanör exceptis liberi dimittuntur, "donec aliarum villarum forensium regni nostri privilegia super hujusmodi libertatibus edita revocare (utile) duxerimus". — *Wibergis*, quinta feria proxima post dominicam Quinquagesimæ.

Stadfeldt Randers Beskr. p. 21—22.

22. Aprilis. [1577.] HENRICI, filii Johannis Brunswich, testamentum, quo bona sua ecclesiis et monachis Lundensibus nonnullisque personis privatis legat. — *Lundis*, X. calend. Maji.

Liljegren Dipl. Svecan. II. no. 1363. p. 359—60. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 407. 41

1. Maji. [1578.] Literæ, quibus BUNDO SUYR testatur, se "contulisse monasterio Loci D unum agrum, juxta molendinum Arndrop situatum, duo *Nyding* continentem, jure perpetuo possidendum". — In die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

Langebek Scriptt. VIII. 142. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. X. 204., ubi hæ literæ ad ar 1252. referuntur.

[1579.] Literæ Andreæ sacerdotis, personæ ecclesiæ Gasæmær, quibus declarat, se curiam suam in Arus mensæ canonicorum Arusiensium scotasse. — *Arus*, sabbato prox. post inventionem s. crucis. 1302. 5. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 417.

[1580.] Andreæ sacerdotis, personæ ecclesiæ Gasemær, ad cives Arusienses literæ, quibus Nicholao Bosön injungit, ut curiam quandam in Arus, jam ab ipso Andrea canonicis Arusiensibus propria manu in altari omnium sanctorum scotatam, dictis canonicis in placito scotet. — *Arus*, sabbato prox. post inventionem sancti crucis. 5. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 417.

[1581.] Literæ Petri Saxonis, præpositi Roskildensis, Benedicti, advocati ibidem, Johannis dicti Franz, monetarii Roskildensis, de conventione quadam, inter Nicolaum (Klaus) formatorem laterum et sorores s. Claræ Roskildis initam. — *Roskildis*, die b. Johannis ante portam Latinam. 6. Maji.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 887—89.

[1582.] Literæ Erici regis, quibus declarat, Magnum, Arusiensem archidiaconum, in placito constitutum, mensæ canonicorum suorum quatuor scotasse tabernas, in foro Arusiensi sitas. — *Arusii*, quarto idus Septembris. 10. Septbr.

Langebek Scriptt. VI. 417.

[1583.] Birgeri Sveonum regis diploma, quo Jacobo comiti Hallandiæ, Petro Jacobson, domicello Nicolao et Johanni Peterson, regno Daniæ expulsis, patrocinium promittit, et opem, ut pro injuriis et damnis illatis justitiam consequi valeant. — Nonis Octobris. 7. Octobr.

Thorkelin Analecta p. 76—77. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1369. p. 364. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 401—5.

[1584.] Erici Danorum regis ad cives Rostockienses obligatio de debito domini Nicolai de Rostock, quindecim millibus marcarum monetæ Slavialis, certis terminis solvendo, vadimonium præstantibus fratribus regis, domicellis Christophoro et Woldemaro, Erico duce Hallandiæ, Nicolao Rostockiensi et multis nobilibus viris. — *Othoniæ*, feria tertia ante diem Clementis papæ. 20. Novbr.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 881—87. Rostock. wöchentl. Nachrichten 1753. p. 25—27.

[1585.] Witzlai senioris Ruyanorum principis testamentum, in quo hospitali sancti Johannis in Antworskow non parvam pecuniam, et multis aliis vestes, cimelia et pecunias destinat. Inter testes præsentes nominantur Haquinus rex et Euphemia regina Norvegiæ, Ericus dux Sveciæ et Jacobus dux Hallandiæ. — *Ap. civitatem Asloin*, die Johannis apost. et evang. 27. Decbr.

Gerdes (fortgesetzte) Samml. Meklenb. Urkund. p. 10—13. Epit. in: Vidensk. Selsk. Skrifter VII. 181.

[1586.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum. § 10: "Absolvimus priores provinciales, Ungariæ, Daciæ ..... Hi absoluti in eisdem provinciis vel conventibus hoc anno ad eadem officia nullatenus resumantur". § 16: "Item, districte injungimus prioribus provincialibus vel eorum vicariis provinciarum inferius contentarum, videlicet Franciæ. ....., de qualibet duas marcas argenti; provinciæ vero Romanæ, regni Siciliæ ..... Daciæ, de qualibet unam marcam procuratori ordinis in Romana curia infra sequens festum nativitatis domini curent fideliter mittere, vel per securum nuntium assignare". — *Bononiæ*.

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecd. Tom. IV. 1881—85.

1303. **1303.**

18. Januar. [1587.] YSARNI archiepiscopi Lundensis vidimatio bullæ Lucii III^tii papæ (datæ Velletri, XII. cal. Jan. 1182.) de privilegiis ordinis Cisterciensis, facta secundum petitionem Boëtii dicti Brand, monachi monasterii Novævallis, Cisterciensis ordinis, dioecesis Lincopensis. — *Lundis*, XV. calend. Februar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1380. p. 374—75.

18. Januar. [1588.] YSARNI archiepiscopi Lundensis vidimatio bullæ Innocentii IV^ti (datæ V. calend. Februar. 1250) de privilegiis ordinis Cisterciensium, rogante Boëtio Brand, monacho Novevallensi facta. — *Lundis*, XV. calend. Febr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1752. p. 693—94.

12. Febr. [1589.] PETRUS, JOHANNIS ERLANDI FILIUS, curiam suam in Oosebyrke sitam monasterio Esromensi confert. — *Esrom*, pridie idus Februar.

Langebek Scriptt. IX. . Cod Esrom. fol. CVI.

20. Febr. [1590.] Literæ JOHANNIS, Arusiensis episcopi, quibus ecclesiam Wæluf, accedente parochianorum consensu, officio scolastico ecclesiæ Arusiensis annectit. — *Arusiæ*, in capite jejunii.

Langebek Scriptt. VI. 471—72.

14. Martii. [1591.] ANDREÆ præpositi Lundensis donatio omnium bonorum suorum ad altare quoddam in ecclesia s. Laurentii Lundensi fundandum. — *Lundis*, die Jovis XIV. Martii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1385. p. 379—80.

4. Aprilis. [1592.] ERICI Danorum regis diploma, quo — in satisfactionem privilegiorum et bonorum, quæ, dum Johannes archiepiscopus Lundensis vinculis tenebatur, ecclesiæ fuerant subtracta, et in mulctam (X millia marcarum in bonis immobilibus) a papa impositam solvendam — partim homines archiepiscopi, qui in bonis, quæ dicebantur Skudgaarde, habitabant, a foro seculari emancipantur, partim ecclesiæ et archiepiscopo nova privilegia et immunitates adduntur, partim eidem multa bona scotantur (bona regia in Öthelstade in Fyonia ad interim, in perpetuum vero Rothnehæret in Borendeholm et Hervidstadehæreth in Scania, excepto Ystad et hominibus regiis). — *Nyborg*, (in parlamento generali) in coena domini.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 319—21. Pontan. Rerr. Dann. Hist. Libr. VII. p. 392—93. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. II. 87. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1387. p. 382—84 (ubi ex transsumpto Johannis regis, dat. Hafn. XVII. cal. Dec. an. 1500).

4. Aprilis. [1593.] ERICI Danorum regis mandatum ad Nicolaum Holmiger militem et Trugotum presbyterum, canonicum Lundensem, ut ad Rothneherred in Borringholm et Hervidstadherred in Scania personaliter accedentes, dominum Johannem Canne nomine Isarni archiepiscopi Lundensis in possessionem horum locorum inducant, "villa Ystade et hominibus nostris dicti Hervidstadherred" duntaxat exceptis. — *Nyborg*, in coena domini.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 319. Pontan. Rer. Danicar. Hist. lib. VII. p. 391—92. Pontoppidan Annall. eccl. Dan. II. p. 87. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1388. p. 384—385.

9. Aprilis. [1594.] E(RICI) regis literæ, missæ principibus, baronibus, fidelibus advocatis que regiis in regno Daniæ constitutis, iisque mandantes, ut, ab omni inquietatione et molestia episcoporum, prælatorum, ecclesiarum aliorumque locorum piorum sese abstinentes, prædictas personas et loca, eorumque libertates ab injuriis et violentiis manifestis et incursibus malignorum defendant. — *Othoniæ*, die paschæ tertia.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 182.

[1595.] ERICI Danorum regis ad advocatum et scabinos civitatis Lundensis mandatum, ut curent prædicatores Lundenses viam publicam, quam parochiani s. Michaëlis ecclesiæ ire consveverant, fratres vero prædicti deinde occupaverant, ecclesiæ reddere, non obstantibus literis confirmatoriis regiis, "cum sit expressum in iis, vel exprimi debuisset, ut fieret sine juris alterius læsione, et sic rescripta principum sano intelligi debeant intellectu". — *Otthoniæ*, quarto die paschæ. 1303. 10. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1391. p. 386—87.

[1596.] ISARNI archiepiscopi Lundensis constitutio de officio cum novem lectionibus quolibet die sabbathi de beata virgine et die Jovis de s. Laurentio in ecclesia Lundensi et tota ejusdem dioecesi celebrando. — *Ripis*, die mensis Aprilis XVIII. 18. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1392. p. 387.

[1597.] JOHANNIS HWIT de Malmöghe, advocati in Burlef, literæ, quibus potestatem dat dominis Andreæ Gage, Nicolao presbytero de Malmöghe öfra et Johanni filio suo, semen duarum orarum terræ dño Andreæ, præposito Lundensi, refundere, et defectum quadrantis terræ ei venditæ adimplere. — *Lundis*, sabbatho prox. ante Misericord. domini. 20. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1394. p. 389.

[1598.] ISARNI archiepiscopi Lundensis et CRISTYARNI episcopi Ripensis testimonium, se vidisse literas E(rici) regis, dat. Othoniæ, an. 1303, die paschæ tertio. — *Ripis*, in profesto beati Marci evangelistæ. 24. Aprilis.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 182.

[1599.] Literæ PETRI abbatis Herewadensis et GUNNERI abbatis Loci Dei, quibus donationem quarundam terrarum in Löttwedt March ("videlicet IV *gamle Marck*") monasterio Loci Dei per dominum Jon Bali, monachum dicti monasterii, "ad torticia singulis altaribus apponenda", factam, confirmant. — In crastino beatorum martirum Processi et Martiniani. 3. Julii.

Langebek Scriptor. VIII. 17.

[1600.] Statuta capituli Vibergensis monachorum ordinis S^ti^ Augustini. — *Vibergis*, domin. proxima post festum b. Ketilli. 14. Julii.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. II. p. 86. Langebek Scriptt. V. 637.

[1601.] JOHANNIS HWIT, quondam advocati in Malmöghe, literæ de venditione bonorum suorum in Höllöghe in Ossögherrit ad Andream, præpositum Lundensem, quæ bona scotare Johanni filio suo plenam auctoritatem concedit. — *Lundis*, sequenti die Lucæ evangelistæ. 19. Octobr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1409. p. 399.

[1602.] BENEDICTI (XI^mi^) papæ bulla, qua Ysarno archiepiscopo Lundensi injungit matrimonium Erici, Daniæ regis, cum Ingeburgh, sorore Birgerii regis Sveonum, legitimum declarare, etsi quarto consangvinitatis gradu essent conjuncti. — *Laterani*, VII. id. Novembr. pontif. anno primo. 7. Novbr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1412. p. 401—2.

1304. 1304.

[1603.] ATTONIS sacerdotis et personæ ecclesiæ in Tybyrky literæ donationis, datæ monasterio Esromensi super curia in Lucoghæ villa et domo molæ venti ibidem sita. — *In civitate Roskildensi*, feria quarta post octavas epiphaniæ domini. 15. Januar.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXXV.

1304. 25. Febr. [1604.] Unio et confoederatio inter magistrum, marschalcum, commendatores, advocatos et fratres Hierosolymitanos per Lyvoniam, episcopos Tarbatensem et Osiliensem et vasallos regis Daniæ in Estonia, contra paganos. — Die Matthiæ apostoli.

Vidensk. Selskabs Skrifter, IV. 205—208.

12. Martii. [1605.] CECILIÆ, viduæ Johannis Kalf, quondam marschalci regis Danorum, testamentum, quo multa bona in subsidium terræ sanctæ, et pluribus ecclesiis, monasteriis et hospitalibus Daniæ legat. — Die Gregorii papæ.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1421. p. 409—10.

13. Martii. [1606.] Constitutio ERICI regis Norjweiam inhabitantibus missa. — *Nyborgh*, feria septima proxima ante dominicam passionis domini.

Ancher Lovhistorie I. 534—39.

17. Martii. [1607.] BENEDICTUS (XI^mus^) papa Olavo episcopo Roskildensi facultatem testandi concedit. — *Laterani*, XVI. calend. Aprilis, pontificatus anno primo.

Danske Magazin IV. p. 227—28.

1. Aprilis. [1608.] Literæ ANDREÆ STIGHSÖN, quibus omnes possessiones canonicorum Arusiensium in Skramsholmmark liberas ab impetitione sua restituit et resignat. — *Arus*, quarta feria paschæ.

Langebek Scriptt. VI. 417.

29. Aprilis. [1609.] ERICI regis literæ, quibus abbatem et conventum in Doberan sub sua protectione suscipit et "omnes gratias, jura et libertates, ipsis a dominis Burewino, Woldemaro, Nicolao, ceterisque *prædecessoribus nostris in dominio Rostoccensi* dimissas et indultas" confirmat. — *Rozstoc*, feria quarta proxima ante diem beator. apostolor. Philippi et Jacobi.

Westphalen Monum. ined. III. 1574—75.

1. Maji. [1610.] ERICI regis literæ, quibus notum facit, se "adhibuisse benevolentiam nostram et consensum, quod domini abbas et conventus in Doberan solutionem precariam, quam domino Matthyæ de Axecowe in villis ipsorum, videlicet Stobelowe, Parckentyn et Bertrammeshaghen, pro trecentis marcis denariorum Slavicalium dimiseramus, ab eodem pro tanta summa redimant, et pro suis usibus libere habeant disponendam, donec nos eandem precariam ab ipsis pro memorata summa pecuniæ duxerimus redimendam". — *Mernowe (Warnowe?)*, die beator. apostolor. Philippi et Jacobi.

Westphalen Monum. ined. III. 1575. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 462.

2. Maji. [1611.] ERICUS Danorum Sclavorumque rex venditionem villæ integræ Bandow coenobio sanctimonialium sanctæ crucis in Rostock, per magnificos principes dominos Nicolaum et filios ejus factam, confirmat. — *Wernowemunde*, in crastino beator. app. Philippi et Jacobi.

Schröter Beiträge zur Mecklenb. Geschichts-Kunde 1. Bd. 1. H. p. XI—XII.

23. Maji. [1612.] ALBERTI (I^mi^) imperatoris literæ, quibus confirmat privilegium, quo Fridericus (II.) imperator regno Daniæ concesserat omnes terminos ultra Eldanam et Albiam, imperio Romano attinentes, et quicquid in Sclavia Canutus (VI.) rex tenuit. — *Constantiæ*, X. calend. Junii.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 94.

8. Augusti. [1613.] JOHANNÆ, viduæ Gudmundi Litle, testamentum, quo donationes multæ ecclesiæ Lundensi pro missis exequialibus destinantur et præterea monasteriis et pauperibus haud pauca legantur. — *Lundis*, die sabbathi ante festum Laurentii martiris.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1139. p. 125—26.

[1614.] GERARDI comitis Holsatiæ et Scowenburgh, HENRICI episcopi Revaliensis et OLAVI episcopi Roskildensis literæ, quibus testantur, se vidisse privilegium, quo regno Daniæ omnes terminos ultra Eldanam et Albim, imperio Romano attinentes, addit Fridericus (II.) imperator et confirmationem Alberti (I^mi) imperatoris (vid. supra no. 1612.). — *Nestwedis*, feria VI. infra octavam nativ. Mariæ. 1304. 11. Septbr.

Thorkelin Diplomatar. Arna-Magn. I. 94.

[1615.] PETRUS SAXONIS FILIUS, præpositus Roskildensis, omnia bona, quæ progenitores ejus monasterio Esromensi contulerant, videlicet villam totam in Nöthebothe, villam totam in Husæby et villam totam in Skætheruth domino abbati et conventui dicti monasterii appropriat. — *Roskildis*, in vigilia beati Mathei apostoli. 20. Septbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XCVII.

[1616.] Literæ, quibus E(RICUS) rex domino W(izlawo), principi Ruyanorum, bona ex illa parte maris, quæ pater ipsius prius tenuit, videl. terram Ruye, terram Sundis, terram Grimmis, terram Tribuees et terram Barth, cum civitatibus, Lözitzæ excepto, jure feodali, quod vulgariter *Faneleen* dicitur, perpetuo possidenda concedit. — *Worthingburgh*, die b. Kalixti papæ et martyris. 14. Octobr.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 889—90.

[1617.] Literæ ADVOCATI, CONSULUM CETERORUMQUE CIVIUM ARUSIENSIUM, quibus declarant, Ascerum Brobierugh, civem Arusiensem, in placito constitutum, capitulo Arusiensi fundum quendam in Syfuummark, qui dicitur Formitoft, scotasse. — *Arus*, die beati Kalixti papæ et martyris. 14. Octobr.

Langebek Scriptt. VI. 418.

[1618.] BENEDICTI (XI^mi) papæ bulla confirmatoria super fundatione et dotatione domus, in usum pauperum scholarium per Christiernum episcopum Ripensem facta. — *Laterani*, XII. calend. Decembris. 20. Novbr.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 469.

[1619.] Literæ ERICI regis, quibus declarat, Ericum Nielsön de Böstæholm omnia sua bona in Böstholm in parochia Skydhæ sita, titulo pignoris, Brothero diacono, canonico Roskildensi obligasse. — *Kalvæhaghæ*, die b. Thomæ Cantuariensis archiepiscopi. 29. Decbr.

Langebek Scriptt. VI. 419.

[1620.] ERICI Danorum Slavorumque regis literæ ad Edvardum I^mum regem Angliæ, quod paratus sit Johanni de Magna Jernemoth, "super nave, vinis et rebus aliis", quas sibi restituendas posceret, quod juris sit facere, si ipse se regis judicio sistat.

Rymeri Foedera ed. Clarke et Holbrooke Vol. I. P. II. p. 965.

1305. 1305.

[1621.] Forbund mellem Otto, Johan, Herman og Waldemar, Markgrever af Brandenborg, Hr. Nicolaus af Werle og Hr. Henrik af Meklenborg, mod KONGEN AF DANMARK, om at hjælpe Hr. Nicolaus af Rostock til sit Herredömme igjen. — *Jördensdorp*, den Sonnauendes vor dem namenlosen Sonnedache. (Tydsk). 2. Januar.

Schröter Beyträge zur Mecklenb. Geschichts-Kunde, I. B. I. H. p. XII—XIV. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 499. — Hverken Suhm eller Udgiveren af dette Forbund har vidst at henføre det til nogen bestemt Dag, da de ikke kjendte nogen Söndag, som bærer Navn af den saxiske. Det er dog ikke usandsynligt, at man saaledes har oversat den latinske Benævnelse *Dominica vacans* eller *vacat*, som man tillagde de to

1305. Söndage mellem Jul og Hell. 3 Konger, eftersom disse ikke havde noget særeget *officium* (fordi de sædvanlig maatte indfalde paa en Festdag eller en Octava). Hvad nærværende Forbund angaaer, da er det sandsynligt, at det er udstedt den 2. Januar og ikke den 25. December (ɔ: 1ste Juledag), eftersom man neppe vilde kalde denne Festdag Löverdagen för en Söndag.

11. Januar. [1622.] CONSULUM ceterorumque civium ARUSIENSIUM ad E(ricum) regem literæ, quibus supplicant, ut consensum suum det de commutatione loci cujusdam plateæ, quem episcopus et capitulum ecclesiæ Arusiensis pro ampliatione coemeterii commutari petebant. — Feria quinta post octavas epiphaniæ domini.

Langebek Scriptt. VI. 418—19.

Januario. [1623.] SVENONIS DICTI RUSTICI et JOHANNIS STAVERSKOGH ad regem Ericum literæ, quibus rationem reddunt inquisitionis suæ de loco cujusdam plateæ, quem Johannes episcopus et capitulum Arusiensis ecclesiæ pro ampliatione coemeterii ecclesiæ commutari petunt.

Langeb. Scriptt. VI. 418. Suhmius has literas ad an. 1304. refert (Hist. af Danmk. XI. 468.).

31. Januar. [1624.] JON JONSSON LITLE ad Ysarnum archiepiscopum Lundensem literæ, quibus consensum suum impertit, ut ecclesia Wæsby, in qua ei una cum archiepiscopo jus patronatus competebat, cum præbenda Guidonis de Hallandia, canonici Lundensis, conjungatur. — *Hyringsholm*, dominica prox. ante purificationem Mariæ.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1455. p. 437.

26. Febr. [1625.] OLAVUS, episcopus Roskildensis, abbati et monachis conventus de Sora, Cisterciensis ordinis, facultatem concedit, in dioecesi sua divina celebrare, confessiones audire et confitentes absolvere, etiam in casibus ad se ipsum specialiter spectantibus, et verbum dei tam clericis quam laicis prædicare, ac XL dies relaxationum auditoribus indulgere. — *Roskildis*, feria sexta proxima post diem b. Mathiæ apostoli.

Danske Magazin IV. p. 228—29.

8. Martii. [1626.] JACOBI comitis Hallandiæ diploma, quo comitatum Halland Haquino regi Norvegiæ cedit et scotat, in recompensationem beneficiorum et auxilii, sibi a rege et fratre ejus (Erico) antea contra regem Daniæ præstiti, "et potissime quia contra instantem castrorum nostrorum a dicto domino rege Daciæ impugnationem et comitatus invasionem non sufficimus propriis viribus resistere et castra (Hunehals et Warberg) ac homines in eisdem existentes liberare". — *Tunsberghis*, die Lunæ prox. ante festum Gregorii papæ.

Thorkelin Analecta p. 68—71. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1458. p. 439—40. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 487.

30. Martii. [1627.] Literæ ERICI regis et CRISTOFORI, ducis Estoniæ, quibus declarant, Ericum, filium domini Nicholai dicti Bighæræ, omnia bona sua in Böstholm in parochia Skydhæ cùm terris in Skydhæmark, Brinnemark etc., Brothero diacono, canonico Roskildensi scotasse. — *Slangthorp*, feria tertia proxima post dominicam Lætare Jherusalem.

Langebek Scriptt. VI. 450—51.

3. Aprilis. [1628.] ERICI regis literæ, quibus locum quendam juxta coemeterium sancti Clementis ecclesiæ Arusiensi perpetuo jure possidendum confert. — *Slanggethorp*, sabbato Sitientes.

Langebek Scriptt. VI. 400.

12. Maji. [1629.] ISARNI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus Guidoni canonico Lundensi permittit, ut ecclesia in Wæsby cum præbenda ejus conjungatur. — *Lundis*, id. Maji IV.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1466. p. 444—45.

18. Maji. [1630.] ERICI Danorum Slavorumque regis et ducis Estoniæ diploma, de privilegiis, civibus Stralsundiensibus concessis, undique per regnum ejus secure veniendi et mercandi,

inprimis vero per terras Estoniam et Wironiam usque ad fluvium Narowe et deinde versus 1305.
Nogardiam) et, si intra terminos regni naufragium patiantur, bona sua pro virili parte sal- 18. Maji.
andi. — *Wortingheborgh*, calend. Junii XV.

Schwartz Geschichte der Pomm. Rüg. Städte p. 83—85.

[1631.] Erici Danorum Slavorumque regis et ducis Estoniæ privilegium, datum 18. Maji.
ivibus Rostockiensibus et civitatum maritimarum, in regno suo ubicunque vellent mercaturam xercendi; imprimis autem prohibet, ne quis eos per terras suas Estoniam et Lyvoniam, sque ad fluvium Narowe et versus Nogardiam, iter facientes impedire præsumat. — *Vartingheborgh*, XV. calend. Junii.

Ungnaden Amoenitates Diplomatic. p. 55. Rostock. wöchentl. Nachrichten 1753. p. 33—34.

[1632.] Literæ Johannis, Arusiensis episcopi, quibus officiali suo domino Petro, 30. Maji.
acerdoti in Korning, auctoritatem dat scotandi canonicis Arusiensibus omnia bona, in paro- hia Hæthenstat sita, quæ episcopus a dominis Aghone Saxisön et Petro, fratre ejus, emerat. — *Horsnæs*, dominica prox. post diem b. Urbani.

Langebek Scriptt. VI. 412.

[1633.] Esgeri Apysson, capitanei in Rozstock, literæ, ex parte Erici Daniæ 5. Junii.
egis editæ, quibus Johanni et Matthiæ, sociis, burgensibus Rostockiensibus, possessionem illæ Kutzewitz et locorum adjacentium confirmat. — *Rostock*, in vigilia pentecostes.

Rostock. wöchentl. Nachrichten, 1753. p. 37—38.

[1634.] Olavus, episcopus Roskildensis, omnibus vere poenitentibus et confessis, 15. Julii.
ui coemeterium ecclesiæ sororum beatæ Agnetis Roskildis causa devotionis circumierint et pro nimabus defunctorum orationem dominicam cum salutatione b. virginis dixerint, seu fabricæ sius ecclesiæ manum porrexerint adjutricem, XL dies de injuncta eis poenitentia relaxat. — *Roskildis*, feria quinta proxima post diem b. Canuti regis et martyris.

Danske Magazin IV. p. 229—30.

[1635.] E(ricus), Danorum Sclavorumque rex, notum facit, se Arnoldo dicto 21. Augusti?
uast et hæredibus Tidemanni Quast omne jus manus et colli in villis Bentwisce, Zwernisse Kessin dimisisse et assignasse. — *Birghersholm*, sabbato infra octavam beatæ virginis.

Schröter Beyträge z. Mecklenb. Geschichts-Kunde I. B. 1. H. p. XIV.

[1636.] Petri, prioris provincialis Prædicatorum in provincia Daciæ, vidimatio 22. Augusti.
llæ Bonifacii VIII^vi papæ (datæ Romæ, VI. id. Maji 1296.) qua prælatis hujus ordinis jus tulget, ut ad correctiones et punitiones fratrum delinquentium, rimis et apicibus postpositis, ere procedere valeant secundum consvetudines approbatas et generalia facta. — *Skeningiæ*, octavis assumtionis Mariæ.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1477. p. 455—56.

[1637.] Dom over Kong Erik Glippings Mordere: Grev Jacob (af Halland), Marsk initio Septbr.
g, Nicolaus Hallandsfar, Peder Porse, Peder Jacobsen, Nicolaus Knudsen, Aage Kacke Rauue Jonsen, samt over Arvid Bentsön, der var tilstede ved Mordet; hvilke alle findes have gjort sig skyldige i crimen læsæ majestatis. — (Uden Dag). (Oversættelse).

Hvitfeldt Danm. Riges Krönike p. 328. Suhm Hist. af Danmk. XI. 491—92.

[1638.] Erici Sveciæ, et Waldemari Finlandiæ ducis literæ, quibus electionem 11. Septbr.
ducelli Magni Byrgeri filii in regem Sveciæ, factam "in parliamento inter magnificos principes dominos reges Daciæ et Sveciæ apud Faværadalæ", confirmant et approbant. — *In monasterio Arivadensi*, in festo exaltationis sanctæ crucis.

Lagerbring Svea Rikes Hist. III. 21. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1480. p. 457

1305. 22. Septbr. [1639.] ERICI Danorum regis literæ, quibus ecclesiæ Lundensi "terras LX marcarum denariorum Scanensis monetæ in annuis reditibus annuatim valentes" donat, ad novam præbendam fundandam, cujus collationem sibi et successoribus reservat. — *Lundis*, in crastino Matthei apostoli et evangelistæ.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1482. p. 458.

21. Octobr. [1640.] ISARNI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus Hulmgero canonico Lundensi permittit ecclesiam Katathorph cum præbenda sua conjungere. — *Lundis*, IX. cal. Novembr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1484. p. 459—60.

5. Decbr. [1641.] Literæ, quibus ERICUS rex testatur, Ericum, filium domini Nicolai Biker, recognovisse, se a Brothero diacono, canonico Roskildensi, pro quibusdam bonis in Bökistatholm sitis integrum pretium accepisse, eamque ob causam eum ab impetitione sua liberum dimittere. — *Othoniæ*, in profesto b. Nicolai episc. et confess.

Langebek Scriptt. VI. 489.

10. Decbr. [1642.] Diplom, udstedt af JORUND Erkebiskop i Nidaros og 15 andre, geistlige og verdslige Mænd, hvori de bevidne, at Kong Hakon har erklæret at have modtaget af Hr. Wisleif Dronning Euphemias Medgift, 3000 Mark Cölnsk, hvoraf Hertug Valdemar (for Sönden Aa) i Jylland havde ifölge Kongens Befaling modtaget 2000 Mark, som Hertugen havde laant Grev Jacob af Halland. — *Bergen*, Fredageń efter Nicolai Dag. (Norsk med lat. Overs.).

Thorkelin Analecta p. 72—75. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 506.

17. Decbr. [1643.] ISARNI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus mag. Petro, dicto Herba, canonico Lundensi permittit ecclesiam in Saxilthorp cum præbenda sua conjungere. — *Lundis*. XVI. calend. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1490. p. 462—63.

18. Decbr. [1644.] ISARNI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus Th(omæ) canonico Lundens permittit ecclesiam in Græfföghe dioecesis Lundensis cum præbenda sua conjungere. — *Lundis*, XV. calend. Januar.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1491. p. 463.

28. Decbr. [1645.] E(RICI) regis literæ, quibus villanis in Svineburgh indulget, "quod in sylv nostra Thoröp *(Thorö insula)* ammodo, sicut hactenus, ligna cremabilia libere succidere va leant et pro suis usibus ordinare, donec ad villam ipsorum venire personaliter nos contingat" — *Asnæs*, in die beator. innocentium.

Aktstykker etc. udg. af Fyens lit. Selsk. p. 87.

[1646.] PETRI prioris provincialis ordinis Prædicatorum in provincia Daciæ, Nicol prioris Skeningensis, Israëlis prioris Sictunensis, Boionis lectoris Ripensis, Werneri lectori Lundensis, diffinitorum capituli provincialis Skeningiæ, sententia, qua determinant, quod Sial boðer et tota parochia Stockholmensis attineat fratribus Sictoniensibus pleno jure. — *Skeningiæ*

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1478. p. 456.

1306.

1306. 6. Martii. [1647.] Literæ JOHANNIS Arusiensis episcopi, quibus jubet, ut clerici Arusiens dioceseos "post susceptum presbyteratus ordinem teneantur in statu vicarii biennio pro co sveto salario deservire". — *Arusii*, in dominica, qua cantatur officium Oculi mei.

Langebek Scriptt. VI. 412—13.

[1648.] OLAVI episcopi Roskildensis transsumptum bullæ Bonifacii VIII^vi, datæ d. 18. Decembr. 1302, continentis privilegia quædam ordini Cisterciensi concessa quoad solutionem decimarum. — *Roskildis*, pridie idus Aprilis. 1306. 12. Aprilis.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXXV. XXXVI.

[1649.] OLAVI episcopi Roskildensis vidimatio bullæ Innocentii IV^ti, datæ Lugduni X. cal. Oct. 1249, de decimis novalium Cisterciensibus concessis, quam Boëtius monachus Novævallensis præsentavit. — *Roskildis*, XV. calend. Maji. 17. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1500. p. 469—70.

[1650.] OLAVI episcopi Roskildensis vidimatio bullæ Innocentii IV^ti, datæ Lugduni XIII. cal. Octobr. pontif. anno septimo, de emancipatione Cisterciensium ab excommunicatione prælatorum, quam bullam Boëtius monachus Novævallensis episcopo exhibuerat. — *Roskildis*, XV. calend. Maji. 17. Aprilis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1501. p. 470.

[1651.] OLAVI episcopi Roskildensis vidimatio bullæ Alexandri IV^ti, datæ Viterbii XII. calend. Julii 1257, de privilegiis ordinis Cisterciensis, quam bullam Boëtius monachus Novævallensis episcopo exhibuerat. — *Hamnis*, die Philippi et Jacobi. 1. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1502. p. 470.

[1652.] OLAVI episcopi Roskildensis vidimatio bullæ Bonifacii VIII^vi, datæ Lateran. XV. calend. Januar. 1302, de emancipatione Cisterciensium a decimis extraordinariis, quam bullam Boëtius monachus Novævallensis episcopo exhibuerat. — *Hamnis*, die Philippi et Jacobi. 1. Maji.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1503. p. 471.

[1653.] Literæ KAROLI ARCHIDIACONI totiusque capituli Arusiensis, quibus facultas datur præposito Johanni, canonico Arusiensi, alienandi et commutandi quædam bona in Omongersysæl sita. — *Arus*, sexta feria paschæ, sede vacante. 8. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 119.

[1654.] ERICI regis literæ, quibus omnia privilegia et omnes libertates, episcopo, capitulo et ecclesiæ Arusiensi concessas, confirmat. — Idus Julii VI. 10. Julii.

Langebek Scriptt. VI. 100—101.

[1655.] JOON JONSON, DICTUS LITLE, monasterio Esromensi villam totam Uglöse in Lywngheherret sitam donat. — Die beati Jacobi apostoli. 25. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 895—98. Cod. Esrom. fol. LXXXI.

[1656.] BENEDICTUS WALDEMARSUN notum facit universis, quod domino Petro Magnusson, quondam genero suo, bona omnia et singula "in Wæghby Holmbohæret Syalandiæ sita", quæ post sororem suam Ingeburgem, uxorem ejusdem domini Petri, jure hereditario habuit, videlicet curiam principalem cum inquilinis, pro 678 marcis denariorum novorum Syallendensium coram domino suo *Erigo* (corr. *Erico rege*) scotaverit et in manus assignaverit. — Die assumptionis beatæ virginis. 15. Augusti.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXI.

[1657.] (ERICI) regis testimonium de eadem scotatione. — *Worthingborgh*, die assumptionis beatæ virginis. 15. Augusti.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. CXXI^b.

[1658.] Literæ JOHANNIS DE REVALIA et XXIII aliorum militum, nec non universitatis vasallorum regiorum in Estonia ad Ericum regem, de castris et munitionibus, domino Henrico, episcopo Revaliensi, ad mandatum regis resignatis. — *Wesenberch*, die b. Mauritii sociorumque ejus. 22. Septbr.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 898—99.

1306. 30. Septbr. [1659.] Literæ, quibus ASCERUS, DICTUS RAMPI, Joon dicto Prest plenam confert auctoritatem scotandi quædam bona ad quoddam altare b. Mariæ et s. Jacobi in ecclesia Arusiensi de novo construendum. — *Galtenkyor*, crastino b. Michaëlis.

Langebek Scriptt. VI. 480.

5. Octobr. [1660.] OLAVI episcopi Roskildensis literæ, quibus, "cum cives Lundenses in communi transitu navium juxta Jeland in Rugia nostræ dioecesis *Bollwercke* construere et lucernam ibidem ponere intendant ad transeuntium opus", omnibus vere poenitentibus et confessis, qui præfato operi manum porrexerint adjutricem, XL dies indulgentiarum de injuncta iis poenitentia relaxat. — *Sundis*, nonarum tertia Octobris.

Schwartz Kurtze Einleit. zur Geogr. des Norder-Teutschlandes p. 138.

10. Octobr. [1661.] OLAVI episcopi Roskildensis literæ, quibus "tertiam partem oppidi Routhenkyrckæ in parochia Rambini Ruye, nostræ (ɔ: Olavi) dioecesis", ab Henrico sacerdote altari cuidam Sundensi datam, in protectionem suam suscipit defendendam. — *Sundis*, in crastino Dionysii martiris.

Schwartz Geschichte d. Pomm. Rüg. Städte p. 693. Ejusdem Kurtze Einleit. zur Geogr. des Norder-Teutschlandes p. 149.

25. Octobr. (vel ante). [1662.] Conventio inter OLAVUM episcopum Roskildensem et WITZLAUM Ruyanorum principem, cum consensu capituli Roskildensis et ad instantiam plurium nobilium terræ Ruyæ inita, qua constituitur, ut incolæ Ruyiæ ratione decimarum episcopalium annuatim XXXV lestas, duobus talentis minus, siliginis bonæ et legalis episcopo Roskildensi solvant, "cum XII solidis super qualibet lesta, pro ipsa siligine episcopo deducenda. — Sine anno et die.

Langebek Scriptt. VII. 145—46.

25. Octobr. [1663.] OLAVI episcopi Roskildensis literæ, quibus conventionem nuper allatam (vid. no. 1662.) Ruyam inhabitantibus notam facit. — *Roskildis*, octavo calend. Novembr.

Acta literaria Sveciæ 1729. p. 599. Langebek Scriptt. VII. 146—47.

22. Novbr. [1664.] ISARNI archiepiscopi Lundensis literæ, quibus Thomæ canonico Lundensi permittit ecclesiam in Bwrleff cum præbenda sua conjungere. — *Lundis*, X. calend. Decembr.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1518. p. 478.

23. Novbr. [1665.] E(RICI) regis testimonium de scotatione quatuor solidorum terrarum, in Stævenshæret in Heliestathæ sitarum, Nicolao dicto Tinde a Mathæo dicto Lalæ pro XL marcis "cupreorum bonæ monetæ" facta. — *Worthingburgh*, die beati Clementis.

Weinwich Stevnsherreds Beskr. p. 146—47.

25. Novbr. [1666.] ERICI Sveonum ducis ad consiliarios regis Norvegiæ literæ, ut moneant regem suum, ne ullum "de fautoribus suis vel sibi adhærere volentibus" regno expellat propter placitationem cum rege Daniæ initam, cum hic jam placitationem infregerit, castrum Haquini regis comburendo. — *Vazstene*, die S. Catharinæ virginis.

Thorkelin Analecta p. 77—78. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1519. p. 478—79. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 531—32.

1307.

1307. 2. Martii. [1667.] ERICUS rex bona conventus Esromensis in Hughælöös sita cum familia in eisdem commorante sub sua pace et protectione suscipit specialiter defendenda. — *Roskildis*, quinta feria prox. ante dominicam mediæ quadragesimæ.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LIII.

[1668.] Brev, udstedt af HAKON MAGNUSSEN, Konge i Norge, hvori han erklærer sig löst fra al Forpligtelse mod Danmark, paa Grund af, at den danske Konge paa flere Maader, men især ved Ödelæggelsen af Slottet Hjalm, havde brudt den indgaaede Fred; Kongen tager derfor, efter den svenske Kong Eriks Raad, Grev Jacob af Halland, Peter Jacobsen o. fl. under sin særdeles Beskyttelse. — *Niðaros*, krossmesso aftan um varit. (Norsk). 1307. 2. Maji.

Thorkelin Analecta p. 91. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1546. p. 497—98. Paa Dansk oversat hos Hvitfeldt, Danm. Riges Krön. p. 332 (ed. in 4to III. 86). Suhm Hist. af Danmk. XI. 555—57.

[1669.] Literæ confoederationis inter CHRISTOPHORUM ducem Hallandiæ et Samsöy et duces Sveciæ Ericum et Valdemarum, qui auxilium Christophoro duci promittunt ad regnum Daniæ occupandum, pluribus expensarum reddendarum stipulationibus additis; præsentibus testibus XII militibus et XXIV armigeris. — *Apud curiam Mothorp*, sabbatho prox. post ascensionem domini. 6. Maji.

Thorkelin Analecta p. 82—86. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1547. p. 498—501.

[1670.] HENRICI, domini Magnopolensis, literæ, quibus "Saxoniæ et Jutiæ ducibus, militibus et famulis ex terra Holtzaciæ amotis et Lubeke constitutis, consulibus quoque Lubecensibus, securum conductum præ se et subditis suis, præ patruo suo, Nicolao de Werle, et præ omnibus cooperantibus suis", concedit "in Imbriam veniendi ad placita, quæ ibidem ad ordinacionem gloriosi domini *regis Daciæ* fuerint contrectanda", et inde revertendi, ita ut hic conductus in ortu solis vigiliæ pentecostis initium capiat. — Quarto die ante pentecosten. 10. Maji.

Michelsen Urkundensammlung II. no. XV. p. 16—17.

[1671.] NUNCIORUM LUBECENSIUM, ad congressum in Imbria missorum, ad consules Lubecenses literæ, ubi dicunt se adhuc *regem Daniæ* exspectare. — Quarta feria (sc. *pentecostes)* hora prima. 17. Maji.

Michelsen Urkundensammlung II. no. XVI. p. 17—18.

[1672.] CHRISTOPHERI, ducis Hallandiæ et Samsö, privilegium, Halmstadiensibus datum, ut omnia eadem jura, quæ villæ forenses in Dacia a patre ejus accepissent, in posterum habeant. — *Falkenberg*, die Petronellæ virginis. 31. Maji.

Richardson Hallandia p. 121. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1553. p. 504—5.

[1673.] ERICI Danorum Slavorumque regis et ducis Estoniæ diploma, quo abbatissam et conventum sanctimonialium coenobii sancti Michaëlis Revaliæ cum bonis etc. sub pace sua et protectione suscipit, additis pluribus prærogativis. Testes præsentes nominantur: Henricus comes de Glighen, Ako dapifer, Kanutus camerarius et Johannes Kokkius marschalcus. *Datum Wortingburch*, anno domini M°C°C° septimo, die beati Jacobi apostoli. 25. Julii.

Monumenta Livoniæ antiquæ III. 193—94. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 543.

[1674.] ERICI Danorum Slavorumque regis, ducis Hestoniæ, transsumptum literarum de compositione facta inter comites Holsatiæ et civitatem Lubecensem (dat. in Godemannesbus, quinta feria post Urbani an. dom. M°.CCC°. septimo.). — *Helzingheburgh*, Mathei apostoli. 21. Septbr.

Michelsen Urkundensamml. II. p. 19—21. Lisch Urkunden-Samml. zur Gesch. des Geschl. v. Maltzahn I. 153. Cfr. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 337.

[1675.] Testamentum CECILIÆ, filiæ domini Seui (Jonæ) Joonson, dicti Little. — *Hyrnixholmæ*, die beati Dionysii. 9. Octobr.

Pontoppidan Annall. eccles. Dan. II. 93. Cod. Esrom. fol. CVIII. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 546.

1307. 24. Novbr. [1676.] Documentum de divisione terrarum inter comites Holtsaciæ et Stormariæ, Johannem, Cristoforum et Adolfum ex una, et patruos eorum Gerhardum et Adolfum comitem et eorum hæredes ex altera parte, ubi patruis et hæredibus eorum tribuitur omnis pars "domini comitis Adolfi de Seghebergh in DANICA SILVA" sita. — *Poretz*, in profesto b. Katerinæ virginis.

Michelsen Urkundensammlung II. no. XXII. p. 25—26.

25. Novbr. [1677.] WALDEMARI ducis Juciæ privilegia, Stralessundensibus concessa, de excessu emendando, de arfköp et de pontibus utendis. — *Sundis*, die Katherinæ virginis.

Michelsen Urkundensammlung II. no. XXIII. p. 26—27. Sartorius Gesch. der Hanse ed. Lappenberg II. no. CXVII[b]. p. 238—39.

17. Decbr. [1678.] ERICI et W(ALDEMARI) ducum Sveonum literæ, quibus *regem Daniæ* "cum nostratibus et stipendiariis de Alamannia ductis" hostiliter invadere, neque cum eo nisi consentiente rege Norvegiæ concordare, huic regi promittunt, addita conditione, ut pecuniæ, quas a Norvego poscebant, sibi certo tempore solverentur. — *Aby*, III. dominica adventus.

Thorkelin Analecta p. 89—91. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1566. p. 515—16.

17. Decbr. [1679.] ASCERI JONSSON et IVARI canonici Bergensis, procuratorum H(aconis) Norvegiæ regis, obligatio ad E(ricum) et W(aldemarum) Sveorum duces, subsidia ducibus nomine regis Norvegiæ stipulata certo tempore soluta fore, et Norvegiæ regem nunquam sine eorum consensu cum rege Daniæ concordaturum. Ad has conditiones præterea nomen suum dedisse dicitur JACOBUS COMES HALLANDIÆ, ut rite observentur. — *Aby*, III. dominica adventus.

Thorkelin Analecta p. 88. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1567. p. 516—17.

28. Decbr. [1680.] SIGGONIS HALSTEINSSON præfecti Kuget (Kungell) et CAROLI clerici Erici, ducis Sveonum, literæ, quibus testantur, se literas Asceri Jonsson et Iwari canonici Bergensis, procuratorum H(aconis) regis Norvegiæ, datas Aby 3. dom. adventus ejusdem anni (vid. no. 1679.) recepisse. — *Kungell*, IV. die nativitatis domini.

Thorkelin Analecta p. 87—88. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1569. p. 517—18.

[1681.] Literæ ERICI regis circa constitutionem et destitutionem advocatorum et consulum Nestvediensium.

Langebek Scriptt. IV. 340.

[1682.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum. § 10: "Absolvimus — priores conventuales — Viburgensem. — Et ordinamus, quod priores isto anno absoluti in eisdem conventibus vel provinciis nullatenus resumantur." — § 12: "Item, cum provincialis Daciæ et definitores in suo provinciali capitulo omnes prædicatores generales absolverunt, contra generalem consvetudinem ordinis approbatam, cuilibet definitorum imponimus tres dies in pane et aqua. Et absolvimus omnes alios per eosdem in eodem capitulo substitutos". — *Argentinæ*.

Martene et Durand Thes. nov. Anecd. Tom. IV. 1908.

1308.

1308. 4. Martii. [1683.] Literæ, quibus JACOBUS OLAVI, miles, notum omnibus facit, se canonicis s. Willelmi de Paraclito bona quædam in Hamersholt et in Byrgheröd sita, nec non particulam sylvæ apud Byrkæröd assignavisse. — *Roskildis*, die b. Lucii papæ.

Langebek Scriptt. VI. 167.

[1684.] HACONIS Norvegiæ regis literæ salvi conductus, datæ militibus ex parte Erici Danorum regis et Christophori fratris ejus mittendis, in Wichiam c. X. cal. Junii veniendi

ibi XX dies morandi et deinde revertendi, qui deliberationi de litibus inter regem et domicellum Nicolaum adfuturi erant. — *Bergis*, die Mercurii ante dominicam Lætare. 1308. 20. Martii.

Thorkelin Analecta p. 97—98. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1573. p. 519—20.

[1685.] BIRGERI Sveonum regis tractatus de pace et amicitia cum fratribus suis Erico et Waldemaro, cui inter alias conditio inest, quod rex repromissionem regum DACIÆ et Norvegiæ Gerhardi et Alweri comitum Holsatiæ et Scogwiborg, nec non Henrici Magnopolensis, de observatione tractatus, per "curatores et procuratores" adquirere debeat. — *Örabro*, in crastino annuntiationis Mariæ. 26. Martii.

Hadorph Svenske Rimkrönikor, append. p. 2—6. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1577. p. 523—25.

[1686.] Literæ, quibus ERICUS rex fratribus conventus s. Thomæ de Paraclito concedit, ut in theloneo equorum et in aliis totum jus regium in nundinis, quæ ante portam monasterii habentur, ad dies regis possideant. — *Knarderopp*, die b. Valburgis virginis. 1. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 167.

[1687.] ERICUS rex abbatem et conventum in Esrom unacum omnibus bonis suis et familia iis attinente sub sua pace et protectione suscipit specialiter defendendos. Vult "insuper, ut quicunque contra eos aliquid quæstionis seu querimoniæ habuerit, contra ipsos coram nobis agant vel coram eo, quem ad hoc constituerimus vice nostra". — *Roskildis*, circa nativitatem beati Johannis baptistæ. c. 24. Junii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LIII.

[1688.] ERICI regis literæ, quibus abbatem et conventum de Esrom et omnia bona eorum in suam suscipit protectionem, bona eorum ab omnibus solationibus et servitiis juris regii liberat, eisque præterea gratiam specialem concedit, ut villici et coloni eorum de excessibus suis omnibus pro omni jure regio, tam XL marcarum quam inferiorum jurium regiorum, nulli de cetero respondere debeant, nisi domino abbati aut monachis supradictis. — *Kirkæthorp*, circa festum beator. apostolor. Petri et Pauli. c. 29. Junii.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. LIIIb.

[1689.] CLEMENTIS (V^ti) papæ ad regem Daciæ epistola (encyclica ad omnes reges Europæ), qua eum invitat, ut concilio post biennium Viennæ celebrando vel personaliter vel per legatos interesse velit. — *Pictavis*, II. idus Augusti, pontificatus anno III. 12. Augusti.

Mansi collectio concill. Tom. XXV. 369—75. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 563. ubi hæc epistola ad ann. 1307. refertur. Cum autem Clemens V. papa initium pontificatus sui a die coronationis computet (vid. L'art de vérifier les dates Tom. I. p. 413.), vere ad ann. 1308. pertinet. Cfr. Suhm, l. c. p. 571.

[1690.] CLEMENTIS (V^ti) papæ ad archiepiscopum Lundunensem (o: Lundensem) et episcopos suffraganeos epistola encyclica, in qua ipsum archiepiscopum et episcopos Ottoniensem et Roskildensem concilium Viennense frequentare jubet, proposito termino cal. Oct. 1310. — *Pictavis*, II. id. Augusti, pontif. anno III. 12. Augusti.

Mansi collectio conciliorum Tom. XXV. 376—81.

[1691.] ERICI Danorum regis privilegium, Henrico Bernewin civi Rozstoccensi et hæredibus datum, "totam piscaturam nostram intra Rozstoc et Sywan cum insulis et graminibus, et pratum nostrum juxta Radele situm", iis tribuens. — *Seborch*, vigilia assumtionis Mariæ. 14. Augusti.

Rostock. wochentl. Nachrichten, 1753. p. 49—60.

1308. 8. Septbr. [1692.] Literæ, quibus ERICUS rex bona, per testamentum domini Jacobi Oleffsön monasterio in Ebbleholt relicta, huic ab impetitione regia libere possidenda concedit. — *Siöburgh*, in festo nativ. b. Mariæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 168.

29. Octobr. [1693.] ERICI Danorum Sclavorumque regis assignatio ad consules Lubecenses, ut ex pecunia, quam ei festo Martini solvere debébant, nuntio domini Magnopolensis trecentas quinquaginta marcas solvere velint. — *Ripis*, in crastino Simonis et Judæ.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg. II. CXVII[e]. a. p. 243.

[1694.] Literæ CAPITULI SANCTÆ MARIÆ RIPENSIS ECCLESIÆ, quibus notum facit, quod Johannes abbas Loci Dei et Langsum dictus Tuly, rector ecclesiæ Hwitting, nomine fratris sui Michaëlis Tuly, causam inter eos de bonis quibusdam in Bylsteterp et Arndrop cum molendino exortam Chrystierno episcopo et Johanni archidiacono Ripensi dijudicandam commiserint. — *Ripis.*

Langebek Scriptt. VIII. 150.

[1695.] CRISTIERNI episcopi Ripensis et JOHANNIS archidiaconi sententia arbitralis in causa inter Michaëlem Tuli et monasterium Loci Dei de quibusdam bonis in Bilstedterp et Arndrup cum molendino, quæ monasterio adjudicantur. — *Ripis*, "in curia nostra" (episcopali).

Langebek Scriptt. VIII. 149.

[1696.] CAPITULI RIPENSIS literæ, quibus notum facit, quod "Michaël dictus Tuly compromissum per Langsum sacerdotem fratrem suum, in causa quam habuit contra abbatem et monasterium Loci Dei super quibusdam bonis in Bilstædt Terp et Arndorp cum molendino, nomine suo factum, ratum habuit, et sententiam reverendi patris, domini Cristierni episcopi et Johannis archidiaconi, arbitrorum in memorata causa electorum, acceptam habuit et penitus approbavit". — *Ripis.*

Langebek Scriptt. VIII. 147.

[1697.] Acta capituli generalis ordinis Prædicatorum. § 13: "Absolvimus priores provinciales DACIÆ, Teutoniæ — etc." § 19: "Quia frater EMIGNUS DE PROVINCIA DACIÆ, deputatus studio Parisiensi, de provincia sua sine socio recessit, ipsum in poenam a studio revocamus, et damus ei decem dies in pane et aqua, decem missas, et decem disciplinas". — *In Padua.*

Martene et Durand Thesaur. nov. Anecdot. Tom. IV. 1913—14.

1309.

1309. 13. Januar. [1698.] PETRI episcopi Ottoniensis ad Guidonem decanum Lundensem literæ, quibus declarat, electionem ejus in decanum capituli Lundensis post mortem Johannis Kall omnino legalem esse. — *Alewath*, in octava epiphaniæ domini.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1604. p. 559—60.

21. Januar. [1699.] Literæ ESGERI, Arusiensis episcopi, quibus testatum facit, se cum consensu capituli sui ecclesiam in Lymee præposituræ in Omongersysæl annectere. — *Horsnæs* in profesto conversionis sancti Pauli apostoli.

Langebek Scriptt. VI. 413.

21. Januar. [1700.] OLAVI episcopi Roskildensis literæ, quibus fratribus ecclesiæ Ringstadensis ecclesiam parochialem in Querckeby dioecesis Roskildensis canonice confert perpetue possidendam. — *Roskild.*, sexta feria prox. post diem s. Agnetis.

Dän. Biblioth. III. 145—46.

[1701.] Literæ, quibus "JOHANNES MILES, DICTUS MOLTEKE SENIOR", confert ecclesiæ Doberanensi judicium manus et colli et precariam in villa Bolecowe majori et in villa Grentze majori, "sicut nos primo habuimus a nobili domino Nicolao de Werle et posthæc ab excellenti domino ERICO REGE DANORUM ET SLAVORUM". — Inter testes occurrit dominus NICOLAUS BILRE miles et CAPITANEUS DOMINI REGIS DACIÆ. — *Rozstoch*, XII. calend. Junii, feria quarta septimanæ pentecostes. 1309. 21. Maji.

Westphalen Monum. ined. III. 1594. — Has literas confirmavit NICOLAUS DOMINUS DE ROZSTOK literis, dat. Rozstok ānno M. CCC. IX. XI. (*leg.* XII.) calend. Junii, feria quarta septimanæ pentecostes (ibid. col. 1594—95).

[1702.] KARULI præpositi ecclesiæ Slesvicensis literæ ad incolas Vithlandiæ *(Utlandiæ)*, quos ad eleemosynas et subsidia caritatis sanctimonialibus sancti Johannis baptistæ in Holm, dioecesis Slesvicensis, exhibenda hortatur. — Die Prothasii et Feliciani martyrum. 9. vel 19. Junii.

Westphalen Monum. ined. III. 362.

[1703.] ERICI, Waldemari Jutiæ ducis filii, literæ, quibus Stralsundensium privilegia, iis a patre concessa confirmat. — *Stengborgh (Flensborg?)* die Barnabæ apostoli. 11. Junii.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg, II. no. CXVIII^{c}. p. 246. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 604.

[1704.] Instrumentum pacis inter ERICUM Daniæ et HAQUINUM Norvegiæ regem initæ (a parte regis Danorum editum). — *Haffnis*, octavo die Johannis baptistæ. 1. Julii.

Thorkelin Analecta p. 98—103. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1628. p. 577—79.

[1705.] HACONIS Norvegiæ regis confirmatio placitationis, inter eum et Ericum Daniæ regem initæ, consentientibus multis primoribus Norvegiæ. (Prima pars hujus documenti convenit cum instrumento Erici regis, dato Hafnis VIII^{va} Johannis baptistæ, multis ad finem adjectis). — *Kaupmannahafn*, feria V. ante festum Mariæ Magdalenæ. 17. Julii.

Thorkelin Analecta p. 103—10. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1629. p. 579—82.

[1706.] E(RICI) regis literæ, quibus privilegium progenitorum suorum, canonicis Ripensibus datum, quo villici et coloni eorum ab expeditionis gravamine et omni juris regii exactione immunes et exemti declarantur, confirmat. — *Worthinghborgh*, die beati Olavi regis et martyris. 29. Julii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 182—83. Langebek Scriptt. VII. 330.

[1707.] Testamentum TUCONIS, dicti ATENMARK. — Vigilia beati Laurentii. 9. Augusti.

Terpager Ripæ Cimbr. 377—78.

[1708.] ERICI Danorum regis obligatio, qua burgensibus de Rostock antiquum debitum domini Nicolai de Rostock solvere promittit, certis terminis propositis. (Debitum hoc erat quinque millia quinquaginta sex marcarum cum octo solidis denariorum Slavicalium). — *Stighæ*, die beati Laurentii martiris. 10. Augusti.

Rostock. wöchentl. Nachr. 1753. p. 53—55.

[1709.] CRISTIARNI, episcopi Ripensis, NICHOLAI prioris fratrum Prædicatorum et fratris JACOBI guardiani fratrum Minorum Ripensium testimonium, se vidisse literas E(rici) regis, dat. Worthingborgh an. MCCCIX. die beati Olavi regis martyris, easque per Michaëlem clericum transscribi fecisse. — *Ripis*, in octava assumptionis beatæ virginis. 22. Augusti.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 182—83.

[1710.] CLEMENTIS (V^{ti}) papæ confirmatio generalis privilegiorum monasterii Esrom. — *Avinion.*, IIII. non. Septembr. pontif. anno quarto. 2. Septbr.

Langebek Scriptt. IX. . Cod. Esrom. fol. XXIIII^{b}. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 570.

1309. [1711.] CLEMENTIS (V^ti) papæ ad decanum Slesvicensem literæ, quibus mandat,
4. Septbr. ut curam agat, ne qui homines ordinis Cisterciensis in personis aut bonis suis contra privilegia sedis apostolicæ indebite molestentur. — *Avinion.* II. non. Septembr. pontif. anno IV.

Henriquez Menolog. Cisterciens., privilegg. p. 86—87. Cod. Esromens. fol. XXVII^b. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 570.

9. Octobr. [1712.] CECILIÆ viduæ Johannis dicti Kalff, regis Danorum marschalci, et filii ejus JACOBI KALFF literæ, quibus partem suam in terris dictis Lummæ mark, quas Johannes Kalff emerat, et scolaribus Lundensibus legare proposuerat, prædictis scolaribus conferunt. — Die s. Dionysii et sociorum.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1634. p. 586.

15. Novbr. [1713.] ERICI Daniæ regis diploma, in quo fratribus de Pudbuzk (Pridboro, Nicolao et Thezen) jus hæreditarium in insulas Wittowe et Jarzmunde tribuit, si Vitzlav, Ruiianorum princeps, sine hæredibus moreretur; ita tamen, ut "cum decem dextrariis expeditis" regi et regno Daniæ servire teneantur in perpetuum, et commodis regni hujus serviant. — *Nycopingen*, sabbatho post Martini.

Ludewig Reliquiæ Mss. XII. p. 421—23. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 618.

1310.

1310.

13. Januar. [1714.] Literæ ESGERI, Arusiensis episcopi, quibus jubet, ut clerici omnes Arusiensis dioecesis, exceptis duntaxat canonicis et religiosis ecclesiæ Arusiensis, post receptum presbyteratus ordinem, ad tres annos immediate sequentes in choro ecclesiæ in statu vicarii ministrare teneantur. — *Arus*, in octava epiphaniæ domini.

Langebek Scriptt. VI. 413.

13. Januar. [1715.] Literæ ESGERI, Arusiensis episcopi, quibus ecclesiam Framleff cum consensu unanimi capituli sui præpositurae ecclesiæ Arusiensis annectit. — In octava epiphaniæ domini.

Langebek Scriptt. VI. 458.

16. Januar. [1716.] CECILIÆ, viduæ Johannis Kalff, marschalci regis Danorum, literæ, quibus fratri suo Petro Niclæsson de Elliaryth auctoritatem dat, bona sua in Wraghathorp et Wraghathorpmark ecclesiæ beati Laurentii Lundensi pro anniversario suo scotare. — *Lundis*, in die Marcelli papæ.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1649. p. 596—97.

18. Januar. [1717.] ESGERI episcopi Arusiensis literæ, quibus ecclesiam Hunzlund mensæ canonicorum Arusiensium in perpetuum annectit. — *Östorp*, die beatæ Priscæ virginis.

Langebek Scriptt. VI. 413—14.

5. Martii. [1718.] BIRGERI Sveonum regis diploma, quo Folkoni Jonsson curiam Algöö pro fide et longo servitio donat. Inter testes nominatur E(ricus) rex Danorum. — *Helsingör* III. non. Martii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1657. p. 604.

15. Martii. [1719.] ERICUS rex gratias omnes et libertates, monasterio Esromensi circa Inna Stuth et Lething concessas, confirmat. — *Sioburgh*, dominica prox. post diem beati Gregorii papæ.

Langebek Scriptt. IX. Cod. Esrom. fol. LIIII.

15. Martii. [1720.] E(RICUS) rex abbatem et fratres Esromensis monasterii nec non famulos et nuntios eorum liberat a theloneo, ubi ad "passagium" veniant. — *Sioburgh*, dominica proxima post diem b. Gregorii papæ.

Pontoppidan Annall. eccl. Dan. II. p. 101. Cod. Esrom fol. LIIII^b.

[1721.] CLEMENTIS (V^ti) papæ ad archiepiscopum Lundensem epistola encyclica, qua terminus concilii Viennensis constituendi in unum annum prorogatur, cum inquisitiones præviæ in ordinem Templariorum nondum ad finem perductæ essent. (Hoc etiam regi Daciæ et ceteris regibus in eadem forma eodem die communicatum est). — *Avenione*, II. non. Aprilis, pontif. anno V. 1310. 4. Aprilis.

Mansi collectio conciliorum Tom. XXV. 382—85.

[1722.] Conventio HAGENI Norvegiæ regis cum ducibus Sveorum Erico et Waldemaro, in qua inter alia constitutum est, ut rex Norvegiæ liber sit et absolutus a "deplacitatione" inter eum et Ericum, regem Daciæ, habita Hafniæ sub anno domini 1309, pollicenturque duces, ut, quando opus fuerit regem Norvegiæ in hac causa defendere velint. — *Haslov*, April IX. 9. Aprilis.

Epit. ap. Lagerbring, Svea Rikes Historia III. 79—80.

[1723.] E(RICUS) Danorum Sclavorumque rex testatur, se Bernardo Kopman, civi Rozstokiensi, villam Zaeghense, cum omni proprietate et jure, absque aliquorum suorum servitio, libere possidendam dimisisse et contulisse. — *Rozstok*, feria sexta proxima ante dominicam palmarum. 10. Aprilis.

Schröter Beytr. zur Mecklenb. Gesch. Kunde I. Bd. 1. H. p. XV—XVI.

[1724.] ERICI Danorum et Slavorum regis literæ, quibus duos mansos in Culeroch, "quos dominus Conradus Molcke ecclesiæ in Culeroch dedit possidendos", ecclesiæ dicti loci confert. Testis adfuisse dicitur Jacobus von Fleep, capitaneus regis ("nostro nomine") in dominio Rostockiensi. — *Rostock*, in coena domini. 16. Aprilis.

Epit. ap. Schröder Papist. Meklenb. I. 916. Schwartz Hist. finium principatus Rugiæ p. 145. not. u.

[1725.] WALDEMARI ducis literæ, quibus bona episcopalia dioecesis Slesvicensis ab impetitione exactoria, expeditionis gravamine et omnibus solutionibus et servitiis, juri ducis attinentibus, libera esse concedit, nisi "edictum generale" de "communi terræ defensione" promulgaretur. — *Slesvici*, in crastino sanctorum Nerei et Achillei martyrum. 13. Maji.

Westphalen Monum. ined. IV. 3115—16.

[1726.] Literæ ESGERI, Arusiensis episcopi, quibus significat, Esgerum Nicholai sacerdotem, rectorem ecclesiæ Hornslet, præsentibus episcopo et capitulo Arusiensi omnia bona, quæ haberet in Biringmarc communiter cum fratre suo Haquino, communi mensæ canonicorum Arusiensium dedisse et scotasse. — *Arus*, calend. Junii duodecimo. 21. Maji.

Langebek Scriptt. VI. 111.

[1727.] INGVARTHÆ viduæ Matthei de Aggathorp literæ, de scotatione bonorum suorum in Akathorp. Ossæghheret, quæ magister Thomas et Olavus, canonici Lundenses, nomine fabricæ Lundensis ecclesiæ emerant. — In octava ascensionis domini. 4. Junii.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1673. p. 614—15.

[1728.] Literæ, quibus OLAVUS episcopus Roskildensis concedit, quod vicarius perpetuus ecclesiæ Stillinge per priorem et conventum in Antuorschoug et parochianos ipsius ecclesiæ eligi debeat, et præterea domui prædicti conventus ecclesias Kimerslöff et Biergby annectit. — *Roskildis*, III. feria pentecostes. 9. Junii.

Danske Magazin IV. 233. Dän. Biblioth. III. 163—64.

[1729.] CONSULUM ceterorumque CIVIUM RIPENSIUM testimonium de dimidia parte fundi Ripensis, a Hermanno dicto Haghmot, monetario, domino Laurentio, scolastico civitatis Ripensis, vendita et scotata. — *(Ripis)* in die sanctorum martyrum Processi et Martiniani. 2. Julii.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 695.

1310. 11. Julii. [1730.] PETRI JONÆSSON, quondam præfecti Scaniæ, et undecim aliorum virorum literæ testimoniales de scotatione omnium bonorum in Wragetorp et Wragetorp mark, quæ Cecilia, vidua Johannis Kalf, marschalci regis Danorum, ecclesiæ beati Laurentii Lundensi dederat, pro anniversario suo tenendo. — *Lundis*, sabbatho prox. post diem Kanuti regis.

Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1687. p. 623—24.

17. Julii. [1731.] Tractatus de pace et amicitia inter ERICUM Daniæ, Haconem Norvegiæ et Birgerum Sveonum reges, Christophorum ducem Hallandiæ et Samsö, Gerhardum Holsatiæ comitem et Henricum Meklenburgensem ex una et duces Sveorum Ericum et Waldemarum ex altera parte. — *Helsingburg*, feria VI. prox. ante festum Mariæ Magdalenæ.

Hadorph Svenske Rimkrönikor, Append. p. 6—8. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1688. p. 624—26. Cfr. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 349.

17. Julii. [1732.] Kong ERIKS Lehnsbrev, givet Hertugerne Erik og Valdemar af Sverrige paa Grevskabet Halland (Nörre-Halland). — *Helsingborg*, (feria VI. ante festum beatæ Mariæ Magdalenæ). (Oversættelse).

Hvitfeldt Danm. Riges Krönike p. 350.

20. Julii. [1733.] ERICI et WALDEMARI, Sveorum ducum, literæ de pactis conventis inter eos et Birgerum Sveciæ regem factis, quibus decretum est, ut rex possideat inter alia "terram Gothlandiæ cum Visby et castrum in Wiborg". Adhæc conventum esse testantur, "quod magnifici principes et domini, ERICUS Daciæ et Birgerus Sveciæ dei gratia reges, Christoferus dux, Gerardus comes Holsatiæ, Henricus Magnopolensis et nos mutuo nos juvabimus contra quemcunque hominem nunc viventem consiliis et auxiliis opportunis". — *Apud Helsingborgh*, XIII. calend. Augusti.

Erici Olai Hist. Svecorum Lib. IV. p. 198—200. Messenii Scond. illustr. XII. p. 159—60. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1690. p. 627—28. Diplomatar. Dalekarlicum, I. no. 4. p. 5—6. Cfr. Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 346—47, ubi literæ die 15. Julii datæ esse dicuntur.

9. Augusti. [1734.] Conventio civitatum Lubecæ, Wismariæ, Stralsundiæ et Gripeswaldiæ, ad securitatem rerum et vitæ et animi tranquillitatem conservandam, ita tamen ut "civitas Lubecensis contra gloriosum dominum REGEM DACIÆ .... nihil penitus attemptet, confoederatione præscripta per quatuor annos a dato præsentium continuos duratura". — *Rostoçk*, vigilia sancti Laurentii.

Rostock. wöchentl. Nachr. 1753. p. 57—59.

9. Septbr. [1735.] ERICI Danorum Slavorumque regis et ducis Estoniæ literæ, quibus jura, a progenitoribus ejus sanctimonialibus Revaliensibus, ordinis Cisterciensis, concessa, confirmat, addita licentia secandi ligna in communi silva et in communi prato foenum falcandi. — Datum anno domini millesimo ducentesimo et decimo, proxima die post nativitatis Mariæ.

Monumenta Livoniæ antiquæ, III. 194—95.

20. Septbr. [1736.] ERICI Danorum regis literæ de placitatione inter Juræs Magnæssun et duos fratres ejus, nec non consangvineos et amicos ex una, et consules ac cives Lundenses ex altera parte inita, qúa postremi se obligant ad altaria nonnulla in ecclesia Lundensi erigenda et plures mulctas etc. præstandas, ad componendas controversias de cæde domini Joseph Magnæssun coortas. — *Lundis*, domin. prox. ante diem Matthæi evangelistæ.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 905—908. Liljegren Dipl. Svecan. II. no. 1697. p. 632—35.

13. Octobr. [1737.] Literæ ESGERI, Arusiensis episcopi, quibus indicat, se omnia bona in Aspæ et Ungstorpmarc, quæ præpositus Eskillus in Liusgartherrit jam defunctus quondam

possedisset, fabricæ ecclesiæ s. Clementis in Arus scotare. — *Arus*, tertia feria prox. post fest. beati mart. Dyonisii et sociorum ejus. 1310.

Langebek Scriptt. VI. 414.

[1738.] Esgeri archiepiscopi Lundensis literæ, quibus constitutionem prædecessorum suorum, ut Alemanni Lundis habitantes, qui proprias ibi mansiones non habent, cryptam ecclesiæ sancti Laurentii ut ecclesiam suam parochialem frequentent, confirmat. — *Lundis*, in octava Martini episcopi. 18. Novbr.

Bring de Templis Lundensibus p. 15. Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenberg II. no. CXII[b]. p. 258—59. Liljegren Diplomatar. Svecan. II. no. 1702. p. 638. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 644—45.

1311. 1311.

[1739.] Literæ Erici regis, quibus declarat, Esgerum, archielectum Lundensem, duas marcas auri in terris, in Troldorpmark sitis, Brothero, vicecancellario regis, scotasse. — *Randrus*, in festo purificationis beatæ virginis. 2. Febr.

Langebek Scriptt. VI. 417.

[1740.] Henricus, dominus Magnopolensis et Stargardensis, translationem villæ Sagenis, Bernardo Copman, civi Rostoczensi, per Ericum Danorum Sclavorumque regem rite factam, confirmat. — Sabbato ante Esto mihi. 20. Febr.

Schröter Beytr. zur Mecklenb. Gesch. Kunde 1. Bd. 1. H. p. XVII.

[1741.] Literæ Erici regis, quibus testatur commutationem quorundam bonorum inter Brotherum, vicecancellarium regis ex una parte, et Johannem Ascersön de Grynskiær et Ascerum Jonsön ex altera, factam esse. — *Wibergis*, feria tertia ante diem Gregorii. 9. Martii.

Langebek Scriptt. VI. 481—82.

[1742.] Erici regis privilegium, datum villanis de Randrus. — *Wibergis*, feria secunda proxima post dominicam mediæ quadragesimæ. 22. Martii.

Stadfeldt Beskr. over Randers p. 22—23. Kolderup-Rosenvinge Saml. af gl. danske Love V. 276—77.

[1743.] Literæ Svenonis Fynbo, advocati regis in Arus, quibus confitetur, se quandam summam pecuniarum a Johanne præposito Arusiensi accepisse, eumque ex parte regis pro hac summa liberum dimittit. — *Arus*, dominica, qua cantatur officium Quasi modo geniti. 18. Aprilis.

Langebek Scriptt. VI. 419.

[1744.] Capituli Arusiensis literæ, quibus Esgerum, Lundensem electum et quondam episcopum Arusiensem, procuratorem suum in concilio generali jam proxime celebrando instituit. — *Arusii*, in dominica sanctæ trinitatis. 6. Junii.

Langebek Scriptt. VI. 419—20.

[1745.] Oliverus de Seyn, prior domus hospitalis b. Johannis Hierosolymitani in Antvorthæskough totumque capitulum ibidem, septem solidos terræ in censu in Swytninge, quos iis dederat frater Nicolaus Raafn, priori ecclesiæ in Antvorthæskough et fratribus conventualibus ibidem dimittunt, pro centum quadraginta marchis denariorum Syalandensium usualium et bonorum. — *Antvorthæskough*, in octava b. Johannis baptistæ. 1. Julii.

Lünig Teutsch. Reichsarch. Vol. XVI. Specil. eccl. I. Contin. (Joh. Ord.) p. 89. Dän. Biblioth. III. 164—66. Pontoppidan Annall. eccles. Dan. II. 103.

[1746.] Literæ, quibus Petrus dictus Mule notum facit, se bona quædam monasterii s. Agnetis Roskildis conduxisse. — *Ulfstorp*, feria III. post festum b. Jacobi apost. 27. Julii.

Suhm Hist. af Danmk. XI. 908—9.

1311. [1747.] ERICI Danorum regis diploma, quo privilegia oppidi Ribbenitz, a Woldemaro domino terræ Rostock data, confirmat. — *Warnemunde*, postero die assumtionis Mariæ.
16. Augusti.
Schröder Papist. Meklenb. I. 926—29. Cfr. Westphalen Monum. ined. IV. 848—49.

6. Septbr. [1748.] HENRICI domini Magapolensis et Stargardiæ diploma, quo fatetur, se munitiones et terras in dominio Rostokiensi ab Erico Daniæ rege tanquam procuratorem accepisse, et ideirco pollicetur easdem, quum a rege ipso vel successoribus ejus requisitum fuerit, reddere. Adhæc promittit intra festum proximum Michaëlis literas Witzlai principis Ruianorum, Otthonis ducis Stettinensis, Wartzlai ducis Slavorum et Cassubiæ, Otthonis ducis Luneburgensis junioris, et Adolphi comitis de Schauenburg, regi sistere in vadimonium prædictæ obligationis præstandæ. — *Nakschoff*, feria II. prox. ante nativ. Mariæ.

Hvitfeldt Danm. Riges Krön. p. 356 (ed. in 4. T. III. p. 142.). Pontan. Rerr. Dann. Historia Libr. VII. p. 406. Westphalen Monum. ined. IV. 955—56.

2. Octobr. [1749.] Literæ HUGONIS GERALDI, archidiaconi Angensis in ecclesia Rothomensi et capellani papæ, quibus testatur, Esgerum electum Lundensem ipsi sese cum procuratorio, supra sub no. 1744. allato, præsentasse. — *Viennæ*, secundo mensis Octobris, pontif. Clementis quinti anno sexto.

Langebek Scriptt. VI. 419—20.

17. Octobr. [1750.] Testimonium CONSULUM et CIVIUM RIPENSIUM de scotatione terrarum in Bathmængath, Hermanno Dattæl per Hermannum Bund facta, pro tribus marcis denariorum, annuatim canonicis Ripensibus solvendis pro anniversario Walburgis, uxoris Hermanni Bund. — Pridie Lucæ evangelistæ.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 109—10.

11. Novbr. [1751.] ERICI Danorum regis assignatio ad consules Lubecenses, ut ex pecunia, quam in festo nativitatis Christi ei solvere tenebantur, partem Henrico domino Meklenburgico solverent. — In festo S. Martini.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenb. II. no. CXVII^e. b. p. 243.

25. Novbr. [1752.] Literæ CAPITULI RIPENSIS, quibus testatur, Franciscum Nicolai de Tibertis, procuratorem fratrum de domo S^ti Johannis Jerosolymitani, ratione subsidii terræ sanctæ colligendi, Alamannum fratrem ejusdem ordinis et domus constituisse procuratorem suum in dioecesi Ripensi. — *Ripis*, in die beatæ Katerinæ virginis.

Terpager Ripæ Cimbr. p. 96.

15. Decbr. [1753.] HENRICI Meklenburgensis et Stargardiæ domini diploma, de compositione litium inter eum et Wismarienses versantium, quibus etiam omnia privilegia confirmat. Inter testes nominatur "WOLDEMARUS Jutiæ et Slesvvyck dux". — Feria IV. post Luciæ virginis.

Senckenberg Selecta Juris et historiarum T. II. p. 492—91. Cfr. Suhm Hist. af Danmk. XI. 670.

18. Decbr. [1754.] CAPITULI RIPENSIS transscriptum literarum Clementis (V^ti) papæ (dat. Avinion. quarto non. Septembris, pontif. anno quarto, ɔ: 1309), confirmationem generalem privilegiorum ordinis Cisterciensis continentium. — *Ripis*, XV. calend. Januarii.

Langebek Scriptt. VIII. 199—200.

1312.

1312.

7. Januar. [1755.] Literæ BUNDONIS LITLÆ, quibus testatur, se monachis de Loco Dei vendidisse quatuor antiquas marcas terræ in Lögtwed Marck sitas, una quarta parte unius antiquæ marcæ minus, easdemque scotasse in placito Lugumherrit. — In crastino epiphaniæ.

Langebek Scriptt. VIII. 17.

[1756.] BYRGERI Sveorum regis literæ, quibus rex ipse et multi magnates Sveci et milites se obligant, si pecunia (2000 marcæ), quam Byrgerus rex a rege Daniæ mutuo acceperat, intra certum tempus non soluta esset, Roskildis in Dacia intrare, de loco supradicto nullatenus exituri, donec præfata summa argenti integraliter soluta sit. — *Stäkeborg*, dominica secunda Quadragesimæ. 1312. 20. Febr.

Epit. ap. Lagerbring, Svea Rikes Historia III. 87.

[1757.] CAPITULI RIPENSIS transscriptum bullæ Bonifacii VIII^vi papæ (dat. Lateran. XV. calend. Januarii, pontif. anno VIII. ɔ: 1302.), qua ordini Cisterciensi libertas a decimis solvendis conceditur. — *Ripis*, proxima sexta feria post pascha, pridie calend. Aprilis. 31. Martii.

Langebek Scriptt. VIII. 212—13.

[1758.] CLEMENTIS (V^ti) papæ ad archiepiscopos et episcopos, inter ceteros archiepiscopum Lundensem, et episcopos, Rostrildensem (ɔ: *Roskildensem*) et Raveliensem *(Revaliensem)* epistola encyclica, qua iis sententiam concilii Viennensis de exstinctione ordinis Templariorum communicat. — *Viennæ*, VI. non. Maji, pontif. anno VII. 2. Maji.

Mansi collectio conciliorum, Tom. XXV. 392—97.

[1759.] ERICI Danorum Slavorumque regis literæ, quibus consulibus et civibus in Hamborgh "securum conductum et plenam securitatem" dat, in regnum ejus veniendi, "ibidem standi et mercimonia sua libere exercendi", dummodo ea "bona, quæ partibus nostris detulerint, ad partes æmulorum nostrorum in Alemania non deducant, et eisdem non adhæreant quoquo modo". — *Ap. portum Wernemynne* dūica prox. infra octav. assumt. Mariæ. 20. Augusti.

Sartorius Gesch. d. Hanse ed. Lappenb. II. no. CXXIV^b. p. 262—63.

